226
E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

~~D k. I 77~~
226 E 23
N.Kr. 168

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Babtiſte Mantuani vatis eminētiſſimi opus inſigne

de mundi calamitatibus. earumq3 tum cauſis. tum remediis

Aliud eiuſdem cōtra poetas īpudice loquentes opuſculum perelegans.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

¶ Ad Petrum Bononium. T. Vlſenius.

Quam ſimilis magno frater Baptiſta Maroni eſt
Una eadem amborum patria plectra docent
Siue hic bucolica paſtoria pinxit auena
Herois elogos inſeruit ve ſonos:
Siue ſub horrendos deſcribat Marte furores
Seu referat fidei ſenſa profunda pię
Cuncta maronę ſeruant veſtigia muſę
Si titulum demas illius eſſe putem
Tu modo qui pręſtas phriſio mi petre Melampo
Judicio an faller doctior ede meo.

¶ Ad T. vlſenium Petrus Bononius.

Mantua virgilio Baptiſtę Mantua vati
Eſt patria atq; ambos carmina docta beant
Siue elegos ſeu forte canant arma horrida Martis
Cedere Callimachum Meonidemq; vides
Sunt ſimiles fateor multum fidibuſq; canoris
Una eadem amborum plectra tonare puto
Hoc tamen vlſeni prior eſt Baptiſta Marone
Quod grauiora ſuis verſibus vſq; canit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

¶Fratris Babtiſtę Mantuani Carmelitę Theologi ad Reuerendeſſimū in chriſto Patrem ac dominum. D. Oliueriū Carafam Sabineñ Epiſcopum et cardinalem Neapolitanū. De ſuorum tēporum calamitatibus. Liber primus feliciter incipit.

COgimur iſtius mala tempeſtatis. et alto
Egreſſas erebo furias. turpiq; fugatam
Uirtutem exilio ⁊ varias percurrere clades
Ob ſcelera immiſſas terris: artemq; docere
Quę premat ęthereiſ flagrantem principis iram.
¶Summe deum dicimus regnum cui terminat orbis
Cui rerum natura ſubeſt: cui militat ardens
Aſtrorum cęliq; iubar: qui ſolus habenas
Fortunę fatiq; tenes: ſua victus Apollo
Poſtibus arma tuis offert plectrumq; lyramq;
Quicquid habet delos: quicquid cadmeia Dirce
Quicquid ineſt delphis tibi dat. cynthumq; Rhodumq;
Omnis adoratę ſeruit tibi gloria Daphnes:
Eſt tuus Eurotas: Helicon tuus: ardua Cirrhe
Saxa tenes. tua nunc hederis thymbraq; virenti
Ornantur delubra. tui per pinguia paſcunt
Phocidis arua greges. et dulcia flumina potant
Dij veteres fugere. nouis altaria lucent
Ignibus et nobis tua numia ſola ſuperſunt.
Et quoniam pulſo ſolus potes omnia phębo.
Huc ades. et fragilem duc ad tua littora cymbam
POſtq̃ ſollicitę ſtimulos et plurima vitę
Tędia perpeſſi iuuenile peregimus ęuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Ocia:et antiqui finem ſperare laboris
Fas erat: et feſſę poſt longa pericula puppi
Littoris et mitem portus optare receſſum:
Sed pater vtilibus qui temperat oīa curis
Robur et aſſidua vires firmare pal eſtra
Cogitat. ⁊ nobis quibus ętheris annuit arcem
Deſidiam ſomnumqꝫ negat: ne ſcilicet annis
Dulcibus ⁊ ſigni mens eneruata quiete
Langueat: et torpor lentos effęminet artus.
Torpor enim cęco vapor eſt e gurgite ſurgens
Somniferę lęthes: nubem qui intexit opacam
Senſibus humanis fideiqꝫ. obliuia ſanctę
Securas igitur ne vincat inertia mentes
Tempora continuis fęcunda laboribus adſunt.
Ecce repentino ſurgunt horrentia motu
Pręlia. terribilem quatiens Mars ferreus haſtam
Armato rigidum lateri circumligat enſem
Stat ſonſpes picto lumbos ⁊ pectora tergo
erata Cinctus. et ętate frontis ſplendore ſuperbus
Accincti gladijs pedites: quibus ęrea fronti
Tegmina prętentis vibrant vmbonibus haſtas:
Coritoſqꝫ ligant humeris: villoſa ſagittas
Tergora: et hirſutas roſtrant haſtilia vulpes
Perqꝫ foros curſant nautę: ſtipantqꝫ liburnas
Arma rates: clypeis circumpendentibus altum
Tollit prora caput: roſtratas ardua puppes
Pone trahit claſſis ſuſpenſaqꝫ carbaſa ventis
Criſpat: et accenſi pugiles molimine magno
In ter et es malos ſilices ⁊ ferrea ſurſum
Tela vehunt: reſonant funes: animoſa iuuentus

Aerataſq̧ ſudes: et curuę cuſpidis vncos.
Aptat: et ardenti comes it bellona gradiuo.
Sicut in actiaco grādi ſub leucade pontu
Littus ad ambracię. forti cum milite cęſar
Chaonio phariam diſiecit in ęquore claſſem.
Seu quando ionijs vulcania fluctibus aetna
Europę libyeq̧ duces concurrere vidit
Scilicet auſonijs alacer cum Regulus ibat
Nauibus excelſi ſulcans vada lata pachyni:
Et patrijs contra bellans pro legibus Hanno
Saxa relinquebat fatis lilybęa ſiniſtris.
Bellandi cupidę coeunt in prędia gentes
Depoſitiſq̧ vacant inculta ligonibus arua
Undiq̧ ſurgentem ſpergit vaga fama tumultum.
Arma procul colliſa ſonant: clangore minaci
Martia furentes accendunt claſſica pugnas.
Quod ſi florentes iſtis in ſyrtibus annos
Agimus et tanto iuuenes ſudauimus ęſtu
Quid non triſte putas feret erumnoſa ſenectus:
Ipſa tremens artus. teretiq̧ innixa bacillo.
Hiſpida. macra: breuis: canis rugoſa capillis:
Caligans oculis: curuato in pectora tergo
Jam properat: ſequitur celeri mors pollida greſſu
Heu fruſtra faciles curſus auramq̧ ſecundam
Fruſtra expectamus: nos implicata charybdis impſlacata
Proijcit in ſcyllam: ſcyllę de vortice rauco
Nos rapiunt ſyrtes: iterumq̧ rotamur in hoſdem
Aequoris inſultus: ſcopuli: vada: ventus et vndę
Semper et aduerſis in funera currimus aſtris
Et nihil eſt aliud cultis Adamus in hortis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Quam primi ſine fraude dies. cum libera nulli
Pectora moerores agitant: ſyncera voluptas
Impolluta quies animi cum dulcibus annis
Primeuę fugiunt vitę mox aſper acutas
Gignit ager ſentes: et noxia ſemina profert.
Namqꝫ vbi lęta nouę ceſſit lanuginis ętas
Sollicitę ſubeunt curę: trepidiqꝫ pauores:
Et labor inſomnis. dubijqꝫ per omnia caſus.
Bella cient italę gentes: nec barbarus hoſtis
Quęritur. inſultans noſtris qui finibus inſtat.
Inter ſe certare parant: et fędere rupto
Conuertere rigens in mutua vulnera ferrum
Quoſqꝫ peregrini dominos concordia mundi
Fecit in ambiguam regno de paupere litem
Conpulit infauſtę genitrix diſcordia pugnę
Hęc vrbes eadem veſania cępit Achaeas
Quom caput Emathij proles animoſa tyranni
Extulit. aduerſus celebres lacedęmon Athenas
In lacedęmonios ibat theſea propago:
Totaqꝫ ſubuerſis titubabat gręcia rebus.
Dumqꝫ fauent regni cupido: dum fędera iungunt
Cum duce fędifrago. dum ſeſe copulat hoſti
Alter in alterius damnum commune coegit
Ferre omnes fortuna iugum. et parere tyranno
Nec genus Auſonium (tanta caligat herinnę)
Italię ſimilem videt impendere ruinam
Luce caret. neſcitqꝫ diem. ſecunqꝫ tenebras
Crimen agit. noctemqꝫ animis inducit ⁊ vmbram.
Propterea ammiſſo ſceleratę lumine mentes
Venturam non ante putant quam venerit iram.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Quod ſi coniunctis in pꝛęlia viribus irent
Heſperię gentes non obluctantibus aſtris
Non pꝛohibente deo ſed opem vireſqꝫ ferente
In vetus imperium poſſeſſaqꝫ regna redirent
Seruirentqꝫ iterum tuſco lata ęquoꝛa tybꝛi:
Sperchiuſqꝫ pado: noſtris Erymanthus ⁊ othꝛys
Collibus: et latium trepidaret ba rbarus enſem.
Pꝛęda nec eſſemus totiens: nec thꝛacius hoſtis
Per phꝛyges ⁊ colchos captęqꝫ per helladis oꝛas
Duceret in celebꝛes inſignia noſtra triumphos
Ciuiles rixas ⁊ bella domeſtica noſtri
Non reges tantū atqꝫ duces. ſed milite mixto
Dum picena fugax populatur littoꝛa turcus
Arma ſacerdotes diuoꝛum altaria circum
Ferre pꝛeces ſoliti tollunt: paciqꝫ repugnant:
Qua ſonat anguſtum ſcyllę latratibus ęquoꝛ
Quaqꝫ ſyꝛacuſio circūdatur inſula ponto
Inſula ciclopū libyę poꝛrecta ſub axem
Feruet Martis opus calabꝛos ⁊ iapygis vꝛbes
In pugnam bellona vocat. rapienſqꝫ ſuperbam
Aegida goꝛganeos pectus circūligat angues
Et qua nubiferi medio pꝛo limite montes
Stant itali Galliqꝫ ſoli. nouus arma tumultus
Cogit ⁊ indomito fulgentes aere cateruas.
Cauſa mali caput etruſcę Floꝛentia gentis
Auſonięqꝫ decus. ſummi violare miniſtros
Auſa patris demens. ſacrumqꝫ haurire cruoꝛem.
Ipſa quoqꝫ indomiti genitrix Ferraria belli
Pꝛęteritas auxit clades dum ferre recuſat
Imperium. venetoqꝫ negat parere leoni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Adde quod aſpectu cęli viciata maligno
Arua negant victum. pingues iactata per agros
Semina vel pereunt vel inanes culmus ariſtas
Erigit: τ triſti meſſor ligat ordea fronte
Si fęcunda ceres aut lęti viribus agri
Aut hominum ſtudijs vſquã fuit: inuida grando
Pulſa per aereos magno cum murmure tractus
Impellente noto ſtrauit: longoſq; labores
Perdidit: τ niuibus cererem glacialibus hauſit:
Et padus ingentes voluens ex alpibus vndas
Inſubrum venetumq; domos penetrauit: τ omnis
Aggeribus fractis agri vaſtauit honores.
Nec ripis tantum: ſed τ ipſis altior ibat
Arboribus: ſalicum per ſumma cacumina nautis
Curſus erat. fugit prothei pecus omne per agros:
Altaq; montanę petierunt ęquora nymphę:
Sicut cum bellis olim ciuilibus vrbes
Arſerunt Italę: cum Cęſaris arma ſuperbi
Inuaſere lares patrios gentemq; latinam.
Mira canam τ noſtris fortaſſe nepotibus olim
Non factura fidem: Benaci ſparſa per agros
Tanta locuſtrarum nubes. vt pinguia paſſim
Paſcua τ extortas ſegetes nemorumq; decorem
Temporis exiguo tractu conſumpſerit omnem:
Nec poterat ſumptis hominum ſollertia telis
Fatales arcere feras: Caua tympana latos
Implebant ſtrepitu campos: nec territa tanto
Dira lues ſonitu. herbarum radicibus imis
Morſibus hęrebat: vicina per oppida poſtq̃
Rumor ijt Capere arma viri. concurrere turbę

Ad cõmune malum: tanq̃ nouus itala cimber
Regna premat. Tandem multo vix tanta labore
Illuuies longis vix eſt conſumpta diebus
Dura fames igitur triſtes populata colonos
Seuit: et exhauſtis langueſcunt corpora venis:
Uulgus inops macie affecum ſqualenſq; per vrbes
Poſcit opem fruſtra. ⁊ ſenſim vitalia membra
Uicta cadunt: ſiccaſq; premunt ieiunia fauces
Nec patres natis nec nati patribus adſunt:
Tanta per humanum genus inclementia regnat.
Non libycę ſegetes non pinguibus appula campis
Hordea non phrygijs. ſuccurrunt gargara ſulcis:
Sed minus hinc damni: minor hęc ęrumna: dolorq;
Mitior: infęlixq; minus fortuna ſequetur
Hic paucę ſat erunt lachrymę: crudelior alter
Communem ingenti pariturus ſtrage ruinam
Hoſtis adeſt. noſtręq; rati grauis ingruit imber
Qua Rodani voluuntur aquę. qua frigida rheni
Teutonicas fert vnda rates qua perluit agros
Inſubres venetoſq; padus. qua diues ab alto
Uertice ſubiectos ſpeculatur Brixia campos
Occultum pluit ex alta deus arce venenum
Et qua tireſię pulcerrima filia nymphas
Colligit humenti gremio lateq; recedens
Littus harundinibus cingit viridiq; papyro:
Quaq; patens longe fluctu ſonat adria vaſto
Ultrices mors atra manus exercet. et altis
Tabe madens ſparſam cędem componit aceruis
Qua fluit etruſco ſurgens vetus albula fonte
Romanaſq; inuiſit opes et regna quirini.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Qua gelidis ſonat armis aquis. qua magna potenſq;
Imperat aemilio vicina Bononia rheno.
Imbelles acreſq; viros ſenium atq; iuuentam
Pallida mortifero peſtis graſſata veneno
Sternit humi. fundamq; rotans e turribus altis
Ardentes pabulas iaculatur. ⁊ vlcera diris
Cladibus. ⁊ penetrat flammantibus inguina telis.
Huic tumidum guttur virus leuat. ille ſub alis
Fata gerit. qua longa humerus ſe in brachia curuat.
Alterius patulas aures arſura parotis
Suſcitat occultum longis ſub crinibus ignem:
Attonitumq; caput feriens vitalia membra
Occupat: atq; vias mors vna perambulat omnes:
Extollitq; caput qua curſum fatifer humor
Siſtit: et horriferum ſenſim dureſcit in orbem
Id crudele genus necis hoc immane feroxq;
Supplicium. hęc ſtygio rabies egreſſa profundo
Perq; domos humiles perq; alta palatia regum
Sęuit ⁊ occultis miſeros ferit ictibus artus:
Ut quando incauti vitio paſtoris ouile
In cuſtoditum nox intempeſta recepit.
Si lupus heſternę patiens ieiunia lucis
Sallicituſq; fame fuerit per limen apertum
Ad ſolas ingreſſus oues non mitigat vnum
Ingluuiem funus: ſed multa cęde madeſcit
In totum ſęuitq; gregem: ſic acre venenum
Inſontes ſonteſq; modo proſternit eodem.
Iamq; cadaueribus deſunt loca iuncta ſacratis
Aedibus: effoſſa paſſim tellure profanis
Conduntur tumulis. inhonoratiſq; feruntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Funeribus: dictu horrendum: viſuqȝ tremendum
Prędą feris inhu mata iacent: ⁊ tabe fluenti
Circumſtans tetro locus inceſtatur odore
Qua triplici concluſa p ado Ferraria longis
Cladibus atteritur. dominorum corpora paſſim
Paſcuntur per rura ca nes: aquilęqȝ rapaces
Effodiunt duris homin um caua lumina roſtris:
Inteſtina ferunt volucres: ⁊ in arbore ſumma
Exta patrum ſuſpenſa diu videre nepotes:
Membra pater vix ęgra trahens dum frigida condit
Corpora natorum clauſo nondum ore ſepulchri
Labitur ipſe ſuper ſua pignora: Crebra ſuorum
Sola domo vacua mater dum funera plorat
Cum lachrymis animam tenues exhalat in auras:
Multi ante occaſum vitę vicina ſcientes
Fata ſibi: condiqȝ ſuas tellure volentes
Relliquias fodere ſolum glebiſqȝ ſubactis
Sacrato viui ſe compoſuere ſepulchro
Rura ſilent: vacuęqȝ ſuis cultoribus vrbes
Iura fori clamoſa tacent: per compita ſurgit
Gramen: et extinctis non lucent ignibus arę
Nec ſolitos cantus nec odores templa ſaboeos
Accipiunt. ſqualentqȝ domus: muta omnia moerent:
Qui ſuperant cladi: ſuperum quibus ira pepercit
Coguntur miſeri ſua dulcia limina ciues
Linquere: ⁊ in mediis tentoria figere campis.
Sicut per libycos ſolet armentarius agros
Ferre larem. ſecumqȝ ſuos vectare penates
Vidi ego per tacitos ſaltus: ⁊ inhoſpita luſtra
Mole ſub exeſa ſilicis curuoqȝ ſub antro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Monticolas habitare viros/et gremine paſci
O ſuperi loca qui tuti ſecura tenetis
Si ſcelere offenſi noſtro tam dira mouetis
Prelia: ſat veteres tam multo funere culpas
Sat longo luimuſqꝫ metu: iam parcite: ſaltem
Relliquias generis ſemenqꝫ relinquite noſtri.
Non animi tantum gentis cecidere latinę
Cum romana ferox circum capitolia gallus
Barbaricis trepidam pulſans clamoribus arcem
Diceret. euerſę fruſtra ſuccurritis vrbi
Romulidę: regni ⁊ vitę poſtrema dies hęc
Uel poſt cannenſis lachrymas ⁊ funera pugnę
Quando quirinales aquilas faſceſqꝫ ſuperbos
Ad tyrias iam ſe laturum crederet arces
Annibal inſultans victo iuueniliter hoſti.
Et mox ex alto bellorum culmine pulſus
Languit aduerſis fatis ⁊ marte ſiniſtro
Non tanto tremuere metu pręcordia graium
Xerxis in aduentu. monuit cum delphica rupes
Non muro non arce dari ſed naue ſalutem.
Non ita moſeę quondam miracula virgę
Horruit attonito memphis turrita colono.
Ipſe quoqꝫ in ſiluis ⁊ vallibus apoenini
Exilem ducens tecto ſub paupere vitam
Delitui qua templa petit romana viator
Et qua flaminios fugiens Claterna per agros
Ducit ab anguſtis vndoſum vallibus amnem
Arce ſub Ociani. noſtris vbi dicta camęnis
Tecta Refrigerius ſublimi in colle tenebat:
Non fuit auſa magis nec clade nocentior iſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Romuleam peſtis longo quę funere plebem
Diripuit. quando veniens Epidaurius anguis
Jonios citra fluctus in regna quirini
Abſtulit aerium virus: qui poſtea templa
Juncta ioui tenuit: bifidum qua diuidit amnem
Inſula ianiculum dirimens a collibus vrbis

¶ Cōmunes calamitatum cauſę

SEu ſuperum ſic ira velit ſeu noxius ardor
Aetheris aerios infuſo lumine tractus
Inficiat: ſeu ſola ferant contagia morbum.
Seu dum longa fames hominum ieiuna coegit
Ora cibis veſci indignis: eſcaqꝫ nocenti
Impurus per membra fluens vitalia ſanguis
Putruit. et dirum ſubiens precordia virus
Inferat occulto ꝓperatam vulnere mortem:
¶ Unde malum ſurgat non eſt dignoſcere promptum
Ipſe tamen reor has omnis concurrere cauſas:
Et coniuratas percuſſo fędere diuum
Aſtrorum terręqꝫ ſimul concurrere vires:
Sicqꝫ hoĩm genus haud vna obſidione teneri.
Et nobis elementa necem ſuperoſqꝫ minari
Nec mirum quando longe grauiora meremur
Supplicia: et longe aſperiori verbere cędi
Quippe vbi nec ſuperum pietas. vbi nulla tonantis
A ſcelere humanas prohibet reuerentia mentes
Et virtus vicio vrgenti dare terga coacta eſt:
Ira patris diuum fremit indignata: furenſqꝫ
Euocat ex altis erebi fornacibus atram
Progeniem: horriferęgenus implacabile mortis
Et terras permittit agi phlegetontis habenis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Plutoniſq; premi imperio. de triſtibus orci
Sedibus egreſſa ętherias noua monſtra ſub auras
Inuadunt hominum cętus. ⁊ inertia flatu
Pectora lętifero feriunt: it frigida tabes
Ad viuum penetrans animos: perq; intima corda
Imbibitum virus poſtq̄ concluſerit omnis
Ad virtutem aditus: homines impellit ⁊ vrget
Quo ſtygię iuſſere canes quo ditis auari
Spiritus inclinat: primi quo criminis auctor
Monſtrat iter latum: placidaq̄ tyrannide regnat.
¶ Hic iuuat immanes erebi monſtrare figuras
Tartareumq; genus ſub apertum ducere cęli
Lumen: ⁊ occulti reſerare laten̄tia mundi
Monſtra: veneno ſo pauit quę lacte megęra
Cerbereiq; canis ſpumis ⁊ ſanguine lernę
Ne precor aſſuetum mites errare per vmbras
Grynei nemoris veſtriſq; ſonantia rura
Cantibus ⁊ greſſus modo per fera monſtra ferentem
Intactum ſeruate deę: furiale per agmen
Eſte pio vati comites. moreſq; docete
Infandes ſtygię gentis cęlumq; peroſę.
Iam mugire ſolum cępit: iam nubibus aer
Pallet ⁊ infernis ſurgunt afflatibus vmbrę
Nigreſcitq; polus: monſtris exterrita lampas
Fert retro phębea gradus: auditur ab antris
Clamor. ⁊ omnigenum rabies confuſa ferarum.

¶ Monſtrum primum Superbia

EUolat horriſono rapidi phlegetontis ab amne
Ingenti alarum ſtridente ſuperbia ductu
Sic illam dixere: ſuper quia cętera ſeſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Tollit: ꝛ extento ſocias ſuperemīnet ore
Omnia conuoluens: cęca de ſede baratri
Crimina nigrantem poſt ſe trahit omnia pompam
Huius ab ardenti viroſus anhelitus ore
Fumat: et obſcuris oriens a faucibus humor
Defluit. hippomanen aconyta caniſqꝫ virentem
Tenarij ſpumam ſuperans. omnemqꝫ veneni
Mortiferam rabiem. ſtygij fex ima profundi
Se ſuperum genus eſſe putat. veterumqꝫ deorum
Semen et a magno ſe iactat Apolline natam.
Ardua frons. vnoqꝫ oculo ſtellata rotundi
Circuitus. medioqꝫ ſedens in luminis orbe
Deſcendit ſpacijs ęqualibus vndiqꝫ centrum
Hoc inſigne patris phębiqꝫ ardentis imago
Difficili vultu graditur geſtuqꝫ maligno.
Innocuos miteſqꝫ animos irridet. et odit
Quem videt ęternis illuſtrem laudibus. altum
Per virtutis iter veri conſcendere honoris
Culmen. et ad ſuperos niti cęloqꝫ ꝓpinquum
It grauis ꝛ raro inceſſu veſtigia profert
Strimonię de more gruis quę ſemina campis
Iacta legens. ęquę tepido ſub ſidere librę
Si vicina ferat greſſum per rura viator
Tela ferens arcum ve manu caput ardua tollens.
Clangit. ꝛ ingenti mouet internodia paſſu
Paulatimqꝫ viam ſuſpenſo gutture carpit.
Ut bellator equus domini frenatus habenis
Oſtentans pectus latum ceruice ſub alta
Quum glomerat bibulo lentos in puluere greſſus
Nunc hac nunc illac oculos ꝛ colla retorquens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Spectari gaudet libycoſqꝫ equare leones
Viribus. albanos ve canes dum ſe putat auras
Colligit: et latis imitatur naribus eurum
Non ſecus hec rabies ventoſo inflatioꝛ vtre
Quum graditur vibꝛans alternis motibus armos
Ardua ſublate circūfert lumina frontis
Vanaqꝫ pꝛoceri miratur coꝛpoꝛis vmbꝛam
Et tacitis ardens curis ſublimia ſemper
Mente agitat: tumidoqꝫ ſedet ſub coꝛde venenum
Contemptrix inopum: vultus elata ſeueros:
Inflatoqꝫ rotans turgentia gutture verba
Ferre nequit iuga: maioꝛem indignata pareinqꝫ
Imperia vſurpat: regniqꝫ libidine feruet.
Immanſueta: ferox miſeris aduerſa: minaxqꝫ
Ditibus: elatis contraria: neſcia pacis:
Neſcia amicicie: rixarum ⁊ litis oꝛigo:
Dura: ingrata: duplex animo: violenta: rebellis:
Impꝛoba: quid pietas quid ſit clementia neſcit:
Perfida fedifragam dubio ſub pectoꝛe mentem
Verſat: ab excelſo fugientia culmine ſemper
Saxa mouet: laudum ſemper veſana libido:
Sollicitum pectus curis flammantibus vꝛget
Nec vite ratio nec opum nec honoꝛis: in omne
Sponte ſcelus pꝛeceps ruit implacabile monſtrum
Hec hominum ſupꝛema lues. immane ferumqꝫ
Thꝛeicio facinus potuit ſuadere tyꝛanno
Aſper vt hoꝛrenda cumulans pꝛeſepia cede
Semineces artus hominum fumantiaqꝫ exta
Intulerit ſtabilis: ⁊ equis epulanda viroꝛum
Coꝛpoꝛa que infami hoſpitio laribuſqꝫ ꝓphanis

Occultus pacem ſimulans admiſerat hoſtis
O ſcelus dira inuiſe ſpectacula fraudis
Luminibus toruis quotiens capita alta leuabant
Thraces equi grandes humano ſanguine paſci
Et capita ⁊ teretes pendere extra ora lacertos
Crura ve confractis genibus crinis ve cruentos
Vidiſſes ſanie a mento per lata fluente
Pectora: ſub grauibus contrita cadauera malis
Fractaqꝫ ſub duris crepitabant dentibus oſſa
Strimonius meminit Neſtus: ſcit biſtonis vnda:
Traxit idumei genus hinc vecordia regis
Quem magus ardentis cęli noua ſigna ſecutus
Admonuit veniſſe deum Niſi, cęca ſuperbi
Pectoris ambitio mentem feciſſet opacam
Iiſſet ad infantis ſancta incunabula chriſti
Depoſito faſtu: ſed mens inflata fauore
Cęſareę gentis longoqꝫ tyrannidis vſu
Eſt ingens meditata nefas: nec priſca parentum
Secula par videre ſcelus: nec longa videbit
Poſteritas. per rura furens galilęa ſatelles
De tepidis matrum ſinibus lactentia vulſit
Pignora: membratimqꝫ ſecans: lata arua cruore
Imbuit innocuo. matres vlulare per agros
Audiuit montana Rachael: vicinaqꝫ fonte
Flumina de duplici ducentia nomen ⁊ vndas;
Hinc eſt orta lues: quę thracia regna vetuſqꝫ
Grecorum imperium vertit: Bizantia regum
Urbs opibus conſtructa: mari pretenta: duobus

Aegeo euxinoqꝫ fretis ſtipata ſedebat
Sceptra tenẽs: ꝑuo qua gurgite boſphoros vndam
Colligit: hanc ſcythica irrũpens Otomanus ab arcto
Inſidijs captam ferro violauit ⁊ igni
Arxerat Europes: ⁊ inexpugnabile quondam
Romanę fidei vallum Machometia contra
Arma minas aſię frenans libyęqꝫ tumultum
Hęc ſcelerũ dux atqꝫ parens ſublime nitentis
Imperium cęli ſummãqꝫ ambire tonantis
Auſa poteſtatem quantum tentauit in altum
Surgere: tenarios tantum deſcendit ad amnes:
Cuius ob ingentem tellus concuſſa ruinam
Ceſſit: vt in latices Cautem ſi miſeris: altum
Pandit iter: molemqꝫ ſinu capit vnda capaci.
Sic ꝑcuſſa grauis monſtri ſe pondere tellus
Diſſecuit gremiũqꝫ alto patefecit hiatu:
Sicut adraſteis cum vatem abſorbuit agris
Campus: et armato percuſſit tartara curru
Seu quãdo inferni coua guttura Curtius antri
Clauſit: ⁊ elyſios tremefecit pondere campos:
Uel quãdo electę primo ſub iudice gentis
Terra Corem ſocioſqꝫ altũ demerſit in altuum.
Antra igitur grandi laterum. ſinuata receſſu
Inter ſe ripis ſummo coeuntibus orę
More pilę quotiens vento cõſurgit in orbem
In latos abeunt curuati fornicis arcus
Fitqꝫ ingens domus vmbrarũ pręcepſqꝫ baratrum
Illic ſulfureos incendia nigra liquores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Lambunt ⁊ dubiū quaſi prima crepuſcula lumen
Spargitur: ⁊ triſti caligant tartara fumo.
Hic ſunt lugentes mortis domus impia campi
Regnat vbi ſcelerū lachrymoſo in carcere mater
Exercens pęnis aīas claudiqꝫ tenebris
Indignata fremit. clauſo ceu nubula vento
Cum piceas frangūt clamoſa tonitrua nubes
Hęc eſt quam veteres dicūt phoethonta poetę
Aetherios docti curſus cauſaſqꝫ latentes
Ignibus ęternis: ſol eſt qui corda ſuperbis
Incendit ſtimulis: tumidoſqꝫ in pectora faſtus
Mittit: ⁊ impatiens figit ſub corde venenum
Propterea ex alto labentem cardine fingunt
Audacem aurigam fractiſqꝫ per aera loris
Solis equos caput Eridani merſiſſe ſub vndas
Ad ſuperos exit quotiens pater arduus alto
Annuit a ſolio: ⁊ latum imperioſa per orbem
Bacchatur: ſupraqꝫ ſuas temeraria vires
Audet: et infauſto ammittit conamine vires.
Scilicet omne deo contra nitente ſuperbum
Euaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras
Eructantis aquę fluctus. mox vertice preſſo.
Decidit: ⁊ ſpumans alto demergitur amne
Atqꝫ humiles inter ſine noīe pręterit vndas.
Hoc docet allophylus ſolymę qui verbere fundę
Depoſuit frontiſqꝫ minas animiqꝫ tumorem:
Ibat em̄ ſolo auxilio thoracis ⁊ haſtę
Non ope diuorum non vllo numine fultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

In pugnam: paruumq; minax dauida ſuperbo
Ne quicq̃; terrere ſono concitus in enſem,
Dum ſurgit. miſſo per ferrea tempora ſaxo
Corruit: et toto diffuſum ingere corpus
Mirati ſtupuere hoſtes: turpiq; dedere
Terga fugę: paruoſq; gigas cadit ictus ab hoſte
Sic quoq; deluſus curru iouis ęmulus alto
Aera conuexi ſcandens curuamina pontis
Flammiferumq; rotans alphęa per oppida fulmen
Occidit: et caſu Eleam perterruit vrbem.
Hęc docuit phlegyas genus execrabile cęlum
Spernere: quos tethys vltricibus abſtulit vndis.
Hęc quoq; niliaco regi cum neſcia roris
Terra diu ſolitas fruges victumq; negaſſet
Sanguine perſuaſit placari numina fuſo.
In ſuperos eadem natos armauit Aloei
Qui domitum grauibus Martem tenuere cathenis
Sit ſatis hęc libaſſe: aliis memoranda ſuper ſunt
Plurima maiori ſcelerum de principe cantu:
Audiui: gemuit tellus. turbatur auerni
Janitor: ecce niger nebulę globus. exit opacę
Jam turres regumq; domos abſcondit & vrbes:
Exhalatq; grauem nox importuna mephitim.
Ite procul mites animę: quę dulcia pacis
Ocia: quę ſuperos: q̃ cęli queritis arcem:
Ne funeſtus odor: ne vos contagia lędant
Viperęę prolis: clauſis abſcondite valuis
Atria: progenies nigri dum pręterit orci;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

¶ Monſtrum ſecundum Inuidia.

Liuor edax triſti ſurgens Acherontis ab amne
Pallidus: et meſto demiſſus lumina vultu:
Obliquum qꝫ tuens. rebus gaudere ſecundis
Neſcius: aera virum claris ſignata triumphis
Dente terens: tardo qꝫ mouẽs veſtigia paſſu:
Murmure nunc tenui nunc fulmine vocis aperto
Percutit inſontes: bona vultu aliena maligno
Ingemit: aſpiciens: et felle grauatus amara
Tabeſcit: quocum qꝫ ierit teterrimus oris
Spiritus: agrorum virides interficit herbas.
Cetera non nullis parcu nt: certiſ qꝫ venena
Graminibus magicaqꝫ ſolent miteſcere lingua
Pontica magnanimum celebrãt medicamina regem
Que fatis obſtare ferunt: his ille ſolebat
Virus et oculte inſidias contemnere mortis.
Tangere cerulei ſquamas ⁊ colla draconis
Phaſias auſa fuit tm̃ Medeides herbe
Virgineeqꝫ preces poterant. Hecateſqꝫ liquores
Marſus in auſonijs vmbrorum. vallibus inter
Sarpentes impune cubat. libyeqꝫ per agros
Qua ſteriles verſant nigri garamantes harenas
Non metuunt pſilli colubros. non ſeua neparum
Spicula non hydri morſum: non aſpidis horrent
Hec fera lerneo rabies maculata veneno
Omnia depaſcit. nullos innoxia nullos
Preterit illeſos: nulli manſueſcit: in omnes
Inuehitur: quod agit non eſt: ſanabile vulnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Non Amythaonij prodeſſe Melampodis vlla
Carmina: theſſalicis non lectę in montibus herbę
Phillyride manibus: non Coi ſancta magiſtri
Pharmaca ſufficiant: clarque Machaonis artes.
Non genitor ſtygijs lacerum qui traxit ab vndis
Hippolytum: nõ phębus auus cui prima medendi eſt
Gloria: lętali poterunt ſuccurrere morbo?
Quẽ iuuat iſtius varias cognoſcere fraudes
Et per aperta latens depħendere ſigna venenum
Multiplices caſus ⁊ longa pericula cernat
Fatidici iuuenis: qui dum pręſaga parenti
Somnia narraret fratrũ liuore ſub altam
Actus humũ pharias tandem migrauit ad arces
Huius vt infectos genitor cognouit amictus
Et pueri tunicas mendaci cęde rubentes.
Heu fera clamauit dulcem ſęuiſſima natum
Abſtulit ⁊ luctu canes confecit amaro
Aſpice contorto Saulis cõuicia telo
Inuidi aqꝫ ſatos inter cõuiuia planctus
Et dauida inopem comitũ cum paupere turba
Ireꝑ abruptos deſerta cacumina montes
Et certam neſcire domũ: regemqꝫ ſub antro
Depħenſum: potuit ſeruo miteſcere: ſi non
Intima tabificus viciaſſet pectora liuor.
Quid referã primos diſcordia ſemina fratres?
Et ſcelus? ⁊ campos germana cęde madentes?
Pręterea vatem: nigri quẽ ſpiritus orci
Pertulit ⁊ triſti clauſit babylonia circo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Ipſe diu ieiuna iacens ante ora ferarum
Atqꝫ fameſcentes animalia ſęua leęnas
Indomitũ fregit ſuperũ pietate furorem.
Pręterea pulſum patria reducẽqꝫ Camillum
Rapta panõpheo referentem ſigna tonanti
Quis furor ingratos dux pręſtantiſſime ciues
Scypio: queę fortuna tuã tulit aſpera mentem
Ut poſt euerſas tyrię carthaginis arces
Partaqꝫ bellando libycę cognomina gentis
Cum tua conſilijs eſſet melioribus ętas
Utilis ꝛ vires ad ciuica munera promptę
Jura fori ꝛ ciues ꝛ amatam liqueris vrbem?
Num monuit pietas virides ſeruata per annos
Publica priuatis pręferre negocia rebus?
Cauſa mali liuor. ſuffuſaqꝫ lingua veneno
Tot clara inuictę molita extinguere laudis
Facta: tot egregia partos ꝟtute triumphos
Qui rigidos enſes: qui ferrea bella ſubegit
Exul ob inuidiam patria migrare relicta
Cogitur: ꝛ duros inter verſatur agreſtes
Ad cereris cõuerſus opus moreſqꝫ parentum
Qui peluſiacę ſeruant cognomina lentis
Et quibus illuſtrem fecere legumina famam:
Triptolemi curauit opes imitatus Oſiris
Alcinoiqꝫ ſenis ſtudium ceu poſtea magnus
Cęſaris ꝛ ſceptri poſito ſplendore diocles
Hortorũ didicit cultus. incidere vites:
Atqꝫ piri ſecto malos infigere trunco

Quo fit ad optatis lignum bis fertile ramis
Humectare ſolum riuis ferroqꝫ bicorni
Pectere luxuriem terrę: redolentia ſulcis
Gramina virgineos induta roſaria vultus
Lilia: narciſſos: violas: flentes hiacynthos
Purpureiſqꝫ crocum folijs: menthāqꝫ thymumqꝫ
Pangere ⁊ innocuis vitam traducere curis.
Unde viro forti damnum parat inde ſalutem
Signit: ⁊ ipſe ſuo cadit ictus vulnere liuor.
Pluribus excelſa vel opum vel honoris ab arce
Profuit ad modicę ſortis cecidiſſe quietem:
Sicut em̄ quando rutilat noctemqꝫ rubenti
Ore fugat carbo. in cineres atramqꝫ fauillam
Soluitur extinctis ſi ceſſerit ignibus ardor
Secula nulla timet. ſic mens humana ſuperbo
Tabeſcit faſtu: rebuſqꝫ elata ſequundis
Torpet. at erecto viret euigilatqꝫ tumore
Inceptum repetens iter: miremur auerni
Militiam. famis ⁊ morbi pugneqꝫ parentem:
Zoilus his actus ſtimulis hoc parcitus oeſtro
Inachis ⁊ quondam populos cū venit ad hoſdem
Diuinum audaci dum carperet ore poetam
Seu ſmyrnę ſeu meonij Colophonis alumnum
Regis ad imperium pino ſuſpenſus ab alta
Triſtra nilia cę fecit ſpectacula plebi.
Sic pereat: quicūqꝫ pios auferre labores
Nititur: et ſacro vatum nō parcit honori
Cetera dicturū ſuper his crudelis imago

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Terruit im̄manis monſtri venientis ad auras
Impete cum magno: fuſis per terga colubris
Circum equitant dñam furię: manibuſq3 flagella:
Vincula: flāmiuomaſq3 faces ⁊ ſanguine tincta
Tela ferūt. vehitur plauſtro ſtridente ſupellex
Martia: loricę: clypei. galeęq3 micantes:
Conorumq3 iubę: ſtrepituſq3 auditur equorum:
Et procul hinnitu campus ſonat omnis acuto;

¶ Monſtrū tercium Ira

IRa minax: odijq3 parens: mauortis alumna:
Secum agit indomitum ſtygia de ſede furorem
Stentorea qui voce tonat: qui gutture lato
Fulminat: et rauco reſonans cla more fugacem
Pantagiam ſuperat: mugire tonitrua dicas:
Horrificaq3 fremens gratas voce cohortes
In rigidos enſes alternaq3 vulnera mittit.
Sanguinolenta graui vibrans haſtilia ferro
Bella ciet: rixaſq3 mouēs: hoſtemq3 laceſſens
Labra manuſq3 tremit: ſcintillāt lumina toruis
Fulta ſupercilijs ſtrepit ⁊ conuitia iactans
Bacchatur. ſi forte aliquo nequit obijce pęnas
Sumere: vindictas in idonea tempora differt:
Fitq3 odium. quod longa fouens incendia pectus
Vrit: et accenſis lambit pręcordia flammis:
Nil penſi nil mentis habet: cito mobilis: expers
Conſilij. volat in pugnam: retinacula rumpit.
Lege modoq3 carens: rabido ſtimulata calore
Non ignes non arma timet: flammantia tantos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Pectora concipiunt accenſi ſanguinis eſtus:
Quo ferat immanis furor ꝛ grauis impetus irę
Fabula teſtia de priſcis monet eruta chartis:
Cum ferus Oenides aprum Calidonia rura
Vaſtantē premeret procerū ſocialibus armis
Auxilijſq canum ſpumanti concitus ira
Fulmineoq fremens ęthola ꝑ agmina dente
Irrumpebat aper: nō illum denſa virorum
Turma nec hinnitus celerū tremefecit equorū
Strēnuus arrectis hirſuto tergore ſetis
Flāmiferis oculis ſyluas ꝛ retia rumpens
Qua furor vrgebat rapido ꝑ ſpicula curſu:
Perq canū rictus venabulaq ipſa ruebat:
Non ſecus hęc rabies ardenti percita bile
Luminibus cęcis per aperta pericula fertur.
Felſineos totiens ciues in dira coegit
Excidia: et furijs trepidam inuoluētibus vrbem
In ferrum ruere: atq ſecuribus ardua tecta
Detrahere ꝛ patrios flāmis violare penates
Compulit: antiquoſq patrū delere labores.
Seu poſtq̄ domitis ſcelerū ceruicibus auctor
Occidit: ꝛ rutilos Serrę concordia dentes
Signa tulit primis populus cum patribus alte
Defixis vrbana quies radicibus heſit
Atq gradu ſemper manſit reſpublica firmo:
Hęc eadem rabidum cōuulſo pectore ſyllam
Ora cruentatum furibunda animamq vomentem
Sacrilegam celeri rapuit ſub tartara fato.

Viſcera natorum manibus lanianda paternis
Prębuit alcides quom luſus imagine falſa
Sanguine fędauit lęta dulciq; fruentem
Pace domum. fuit ira virum quę luſit imago
Ira draconigenas acies Cadmiq; nepotes
Fraternaſq; manus alterna cęde rubentes
Implicuit longis bellorū ambagibus: ira
Diruit excelſas vrbes: atq; inclyta quondam
Oppida: regaleſq; domos euertit abactis
Ciuibus. aerias turres deiecit: et arcus
Clara triūphales veterū monumenta laborum.
His accenſa facis italos pulcerrima regna
Et magni ſpecimen mundi vexare coacta eſt
Barbara ſeuicies ⁊ inhumani fera vulgi
Colluuies Roma indicio eſt. Syllanaq; tuſcis
Vrbs diuiſa vadis: necnō regina caputq;
Etruſcę quondam modo ſola Bononia gentis
Et vetus aprico recubans in culmine Derthon
Cuius adhuc extant vacuis veſtigia campis
Semirutę moles lapidum fractęq; columnę.
Vincula: ſingultus: lachrymas: ſuſpiria: planctus:
Pallorem. vigileſq; metus: tormenta: cruceſq;
Verbera peſtifero rorantia tela veneno
Protulit: atq; feris hominū crudelibus artus
Obiectans: variis impleuit cladibus orbem
Huic multę exilio gentes aliena ſequutę
Regna ſuis orbę patriis: ſic filia quondam
Tireſię gemini Manto poſt dura Cerontis

Seruitia. in venetis molita paludibus vꝛbem
Vixit: ⁊ extinctę ſua nomina tradidit arci.
¶ Laomedontiadem teucrũ ſalamina petentem
Expulit ira patris Quid te Neiphylas helle
Quid pꝛofugum memoꝛem phꝛixũ ſęuumqꝫ athamanta
Atqꝫ nouercales furias odiumqꝫ minaſqꝫ
Adde miceneum pęnas ⁊ funera regem
Matri intentantem: męſtaſqꝫ agamennonis ędes
Atqꝫ ſophocleo celebꝛatos carmine planctus
Adde phꝛyges geminos antenoꝛa fluctiuagumqꝫ
Aeneam: ignotum decoꝛantes męnibus oꝛbem:
Hos alioſqꝫ irę patrijs a finibus actos
Longa per exilia ⁊ caſus miſere ſiniſtros:
¶ Hac rabie ſuccenſa feram pꝛiameia coniunx
Induit. et duplici creuerũt aggere dentes
Longaqꝫ ſub geminis ſurgentia narribus oꝛa
Succenſi manſere oculi: ⁊ truculenta minaci
Fronte ſupercilia: ⁊ latrãs in pectoꝛe virus
¶ Quid memoꝛem ſęuę furias odiumqꝫ parentis
Quę miſeros nati flãmis fatalibus artus
Ulta necem fratrũ. ⁊ matrẽ ſe oblita cremauit;
¶ Vix ea finieram cum foꝛmidabilis irę
Caſtra ſequẽs aderat ſtygijs noua belua ſignis
Ingenti comitata manu. mendacia tectis
Uultibus ⁊ trepedę dubia ſub imagine fraudes
Ignotiſqꝫ doli ſub veſtibus agmen agebat:
In medio ſtipata graui regina tumultu
Tollebat nigra vmbꝛoſam fuligine frontem;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

¶ Quartū monſtrum Philargyria

Auri ſacra fames hęc eſt: rerūqꝫ cupido
Improba diuitias amor infinitus habendi
Hęc nummi ſitis ardeſcens immenſa vorago
Tartareis emiſſa vadis imitata rapaces
Unguibus harpyas armataqꝫ grandibus ora
Dentibus in gyrū. quales quantoſqꝫ elephanti
Aethiopes Indi ve ferunt: ſinuantur in orbes
Et nodos in ſe rediens coma denſa figurat
Tempora nec velat ſed agit ſuſpenſa tumorem
Undiqꝫ ſurgentem nudaqꝫ recedit ab aure.
Nec ſolum vigiles obeunt hirſuta rotundo
Tempora circuitu. verum ſub vertice cano
In ceruice micant oculi ſeu florea ſerta
Effigies veteri vultuſqꝫ ſimillimus argo
Sed magis introrſum ſcrobibus ſubducta cauatis
Lumina diſcedunt: ſetoſaqꝫ prominet atri
Sylua ſupcilij: macies ſqualorqꝫ per omne
Corpus iners dicas monſtrū: et ex oſſibus herens.
Sed geminis quotiens opus eſt ita nititur alis
Ui credas ferri boream zephyrū ve per auras
Pręcipitem ve Notum: lucri ſi nuncia fama
Surgat: vt acceptus nares odor imbuit auri
Eleuat ingentes alas ⁊ lumine fixo
Uiſa petens quicquid falcatis vnguibus aufert
Stulta ſuos nunqꝫ venturū ſeruat in vſus:
Sacra deum. ſanctas leges. p̄claraqꝫ geſta
Scriptores rerū egregios celebreſqꝫ poetas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Qui procerū laudes chartis ⁊ nomina mandant
Et quicquid nō auget opes auerſa repellit
Sola iuuant que lucra ferunt. ſint cetera quanqꝫ
Laudibus ⁊ precio digniſſima. cetera ſordent
¶ Sicut hyperboreis rutilans in vallibus aurum
Gryphes amāt. auidiqꝫ tenent: vigileſqꝫ tenentur tuentur
Unde nec vtilitas operę preciūue laboris
Sed metus ⁊ clades oritur: ſic pectus anhelum
Peruigilis monſtri grauiore cupidinis eſtu
Feruet opes cumulans: quas olim prodigus heres
Diſſipet: et pingues ferat in conuiuia menſas
¶ Palla ſinu lato ex humeris decurrit in imos
Lapſa pedes: manicę velant extrema capaces
Brachia quas vbi vult curuos demittit in vngues
Utitur his quotiēs opus eſt vel fingere mores
Uel geſtu ſimulare fidem vel fallere quenqꝫ:
Seu furtum celare. manus leuis apta rapinę.
Perfida mens nulliſqꝫ potens manſueſcere dictis
Indignas dignaſqꝫ preces ſurda accipit aure.
¶ Ut proiecta bouis detracto grandia tergo
Uiſcera perſpiciens oculis vel nare ſagaci
Uultur edax. auido coruus ve famelicus ore
Cōuolat ad reſoluta graui cōuiuia tabe
Sic ad opes aurumqꝫ cito ſitis iſta volatu
Fertur: ⁊ ad nudum ſpolians: fragmenta breueſqꝫ
Relliquias ſtudioſa legit: gremioqꝫ recondit.
Nec cōtenta bonis diuū quę munere tellus
Protulit in partem ſcelerū vocat aſtra deoſqꝫ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Exercetq; preces magicas. ⁊ cōſulit aras:
Infernoſq; vocans manes altaria circum
Nocturnaſq; adhibet veſtes: tetroq; vapore
Orgia perluſtrat: ducenſq; in puluere circum
Murmurat. ⁊ varijs diſtinguit ſigna figuris
Extaq; tyrrheno ritu ſcrutata requirit
Theſauros quę terra tegit liuētia plumbi
Pondera: et argenti globulos viuentis. et ęra
Artifici mendax vertit medicamine in aurum
Falſaq; cum veris iungens cum doride bacchum
Cum gemmis fragiles hyalos. cũ palladis imbre
Miſcet Ariſtei ſuccos ⁊ cerea mella
Mentituſq; nouas fuco errorem faciente
Confectis ſenio deludit mercibus omne
Turpiter emporiũ. lucriq; libidine feruet:
Et totos hac arte dies conſumit ⁊ annos:
Utq; dies triſti ſic nox abit anxia monſtro:
Nullaq; pax vitio rodentibus intima curis
Pectora nulla quies: poſt turpia lucra diurnę
Fraudis ⁊ exlegem quęſtum: ſi lumina ſomnus
Occupat ⁊ duro furatur membra labori:
Pictus imaginibus formiſq; fugacibus aſtat
Morpheus ⁊ varijs fingit noua vultibus ora.
Uanaq; ſopitos ludunt inſomnia ſenſus
Nam rerum tenues vmbras ſimulacraq; ſeruans
Lubricus aſſiduis vt fluxibus ambulat humor
Et nũc ſumma petens repetat nũc ima relapſus
Antra cauernoſi capitis rigat: itq; reditq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Nunc iter obliquũ ſinuans. nunc tramite recto
Fertur. ⁊ ipſe ſibi redit obuius: aut agit arcum
In dextram leuam ve cadens vt pellit ⁊ vꝛget
Fumus ⁊ ingreſſi caua ſpiramenta vapoꝛes:
Sic rerũ ſpecies varijs cõcurſibus: vt ſoꝛs
Obtulit aut vſus vel vis incognita cęli
Spirituũ ue potens induſtria nocte ſilenti
Diuerſo oſtentant diuerſos oꝛdine caſus
Seu varias voces diuerſaqꝫ noīa rerum
Si nouus inuerſis ſurgat cõpagibus oꝛdo
Diffoꝛmes eadem faciunt elementa figuras
Hęc duo Roma notis ⁊ amoꝛ cõponimus hiſdem
Tramite cõuerſo ⁊ retro redeũte meatu
Quę ſimulacra magis vigilans exercet in vnum
Nocte reuertũtur: veriſqꝫ ſimillima foꝛmant.
Oſtentantur opes cupido quia tp̄e lucis
Cogit opum ſpecies ⁊ iter quod luce frequentant
In tenebꝛis repetunt ⁊ noto calle recurrunt.
Lęcaqꝫ pꝛeteritas imitantur ſomnia curas.
Quom tacitis ergo rediȷ̄t nox humida pennis
Atqꝫ ſopoꝛiferos niueis argentea bigis
Luna vehit radios: ſomnus per rura per vꝛbes
Spargit lętheo medicata papauera roꝛe:
Et vigiles abigit ſecreta incendia curas.
Pulſę abeunt celeres ad triſtia limina ditis
Atqꝫ leues hęrent ſub opacę frondibus vlmi:
Ulmus em̄ diffuſa comas et bꝛachia late
Surgit ibi a validis radicibus: illius ergo

Muta ſub vmbroſis habitant quę ſomnia ramis:
In thalamos hominum ⁊ tenebroſa cubilia ducunt:
Dantqꝫ ſuos illis vultus vocemqꝫ habitumqꝫ
Illa per obſcuros capitum delapſa meatus
Ad vigilem ſubeunt aĩm: caſuſqꝫ figuris
Mobilibus formant: ſopitaqꝫ corda iacentum
Sollicitant: nec vana munus q̃ vera fatigant: minus
Interea circum vittas ⁊ anhela frequentes
Ora volant curę: moxqꝫ vt ſopor euolat intrant
Mordaciqꝫ ſecent iterum precordia roſtro:
¶ Hęc eſt quę ticiū volucris ferit ore cruento
Aeternę natum pęnę ęternoqꝫ dolori.
¶ Monſtrum igitur ſi quādo quies blandita ſoporem
Reddidit aut auro inſudat: ſublata ve furto
Semina frugiferę Cereris: vel inania plangit
Horrea: vel dura decuſſos grandine fructus:
Effuſam ve fretis mercem depręhenſa ue furta
Atqꝫ iterum tractat ſub nocte negocia lucis:
Totaqꝫ ſub curis e vita ſimillima morti.
¶ Hęc animū turpi maculans ⁊ corpe labe
Quęrere cęleſti precium pro munere iuſſit
Vanaqꝫ compoſito mendacia fingere vultu
Quādo grauem ſacro morbū Naamanus in amne
Abluit ⁊ puerū ſpolijs onerauit ⁊ auro.
¶ Hęc eadem ſcelerū genitrix fraudumqꝫ magiſtra
Reginā libycis poſuitqꝫ in collibus vrbem
Aere. viro. patria ſpolians. peregrinaqꝫ circum
Aequora: per rapidas ſyrtes. per barbara pellens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Regna diu profugam terris iactauit ⁊ vnda.
¶ Hęc priami natum: cui longa pepercerat ira
Martis ⁊ a patria procul obſidione latentem
Thraicio iuuenem innocuum mucrone peremit
Ah ſcelus ah dirum facinus multoqꝫ piandum
Sanguine primęuę imberbem ſub flore iuuentę
Ignarūqꝫ doli puerum nil tale verentem
Perfidus obtruncat. placidū roſei decus oris
Et regale caput ſimplex ſine crimine pectus
Et natas ad ſceptra manus veniamqꝫ p̃cantes
Vulnerat immitis repetito ſępius ictu
¶ Pręterea conciſa ſui qui corpora nati
Dijs epulanda dedit: quiqꝫ auro vendidit vrbem:
Quiqꝫ ſuū ſuperās hoſtem ſuperatus ab auro
Exanimū phrygio verſatū puluere corpus
Miſit ad extremos ignes patriūqꝫ ſepulcrum
Non prece nō lachrymis motus non voce paterna
Nec miſero caſu queruli ſenis: immemor omnis
Iuſticię ſolo placatus munere tandem
Hectora reſtituit priamo ſua pignora patri.
Quiqꝫ per vndoſum dulces ne perderet ęquor
Diuitias retro conuerſa naue per vndas
Ad patriam ⁊ ſęuos redijt non inſcius hoſtes.
Quiqꝫ deum manibus rapiens pendentia dona
Sacrilegus ſuperū vanos irriſit honores
Et qui ſurripiens auri duo millia pondo
Et lateres fuluos fucata ſubintulit ęra
Vt genus frenū naſamon qui verſus in auſtros

Incolit iſiaco contermina rura canopo
Naufragijs victum quęrens: gaudere procellis
Turbinibuſq; ſolet. fuſaſq; per ęquora merces
Colligit ꝛ nautas ad punica littora pulſos
Auxilium ſimulans violat Sic improbus auri
Raptor in aduerſis quenq; ſi viderit angi
Caſibus exultat: fictoq; aſtutior ore
Dum promittit opem ſpoliat: prędamq; reportans
Celat ꝛ exuuias occulto congerit antro:
¶ Hęc quoq; venalem (tanti quis crederet orcum)
Eſſe deum fecit: Semen cęleſte piando
Progenitũ ſceleri. diuinę mentis alumnum
Uirgineoq; alitum gremio. crimenq; volentem
Soluere ꝛ antiquo cõtractam fomite labem
Dira fames auri. culpę regina parenſq;
Perdidit. indigno ſignatum verbere corpus
Confixum caput ꝛ duplici manantia rore
Pectora pallenteſq; genas frondemq; cadentem
Ingratę moriens plebi mõſtrabat ab alta
Arbore purpureũ terra abſorbente cruorem
Hęc opera hi fructus hęc gaudia mentis auarę
¶ Hic memor antiqui ſceleris dum triſtia flerem
Funera virgineę prolis: largoq; maderent
Imbre genę. vidi ex alto telluris hiatu
Deformem prodire chorũ Sartagine lata
Signifer armatus veſtigia lentus agebat
Quem cõfuſa cohors cultris armiſq; popinę
Preſſa ſequebatur. patinas vnctoſq; lebetes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Viſceraq; oblongis verubus confoſſa gerebat
His comes in bellum turmis veniebat inerti
Turba canũ greſſu. quorũ cutis aſpera multam
Fluxerat in ſcabiem: ſanieq; fluentia linguis
Vlcera lingebãt ⁊ crebro ardentia morſu
Scalpebãt terga ⁊ ſcabras prurigine clunes;

¶ Quintum mõſtrum Gaſtrimargia

h Hoc quoq; cerbereis mõſtrum de faucibus exit
Ridiculũ. nam pingue caput. frons prominet alta
genas Labra genus oculoſq; tumens ſub gutture lato
Surgit ⁊ inflatũ tollit cutis vuida pectus.
Trita. breuis maculata mero ⁊ pinguedine veſtis
Vix renes cluneſq; tegit ventremq; profuſum
Raraq; colliſis ęgre veſtigia mutat
Poplitib; curuis putruere ſub vnguibus eſce
Ad lumbos ac vtrũq; latus lachrymantia circum
Luceta ⁊ guttis ſuſpenſa fluentibus hęrent
Sumina. lapſus adeps iter ⁊ veſtigia ſignat
Oenophoro leua armata eſt. abdomine dextra.
Ante cibos quam preſſa graui ſub faſce priores
Concoxit natura nouas ſuperingerit offas.
Impatiens famis. eſcarũ infinita vorago
Pocula prehenſa manu ſitis implicabilis haurit
Et crebro exhilarat bacchus conuiuia potu
Garrula: lenta: ſalax: petulans: improuida: turpis
Immemor: indocilis: leuis: ebria: dedita ſomno
Semꝑ olet nareſq; graui contriſtat odore.
¶ Talis erat multo ſpumans ſilenus hiaccho

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Quom capitis nutu in collum curuatus aſelli
Ceruicem ſuper atqꝫ iubas ſtillante ſaliua
Riſus erat faunis nymphiſqꝫ colentibus agros.
¶ Cōcaua nō tantum maris abſoꝛbere charybdis
Dicitur: a Calabꝛis quę diuidit arua peloꝛi
Quantū hęc ingluuies vini demergit in aluum
Hirſutam fetis aluum denſaqꝫ comantem
Pube: per humentes it grex teterrimus vmbꝛas:
Grex olim ſyllę infeſtus vatiqꝫ tragędo
Et pingui ſudoꝛe cutem depaſcitur vdam
Blandioꝛ ingreſſu pꝛimo ſemeleia pꝛoles
Incalet atqꝫ vias fumos exhalat in omnes
Concluditqꝫ aditus per quos a pectoꝛis antro
Spiritus aſcendit curuas in verticis ędes
Nam nebulę feruente mero per guttura pingues
Attoniti capitis ſummā voluuntur in arcem
Pugnaqꝫ fit. validis alti mens incola tecti
Defenſura ſuū limen ſuccingitur armis
Sed conata diu bacchantem extinguere fumum
Uicta fugit: victoꝛ ſubiens penetralia bacchus
Cui comes it ſopoꝛ ⁊ toꝛto dementia greſſū
Per cerebꝛi humenteſqꝫ ſinus animęqꝫ ſacellum
Letheo ſpargēs hauſtos de flumine roꝛes
Inducit ſomnos hebetes ⁊ moꝛphea doctum
Fallere imaginibus: nocturnaqꝫ fingere monſtra:
Pondere pꝛeſſa dei cōniuent lumina crebꝛis
Nutibus: et placidę nequeūt obſiſtere nocti.
Lingua loquax pꝛius ⁊ nullis obnoxia vinclis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Jam deluſa labat: verba imbecillia preſſo
Fine cadũt: blęſo ſonus euaneſcit ab ore:
Labentemq; pluit per mentum barba ſaliuam.
Qualis in vmbroſo Protheus mutabilis antro
Preſſus ariſteo iacuit qua Carpathus inter
Niligenas claramq; Rhodon caput extulit vndis:
Qualis in occidua pugnax Anteus arena
Et ferus ęmonię victore ſub Hercule taurus
Fuſus humi cubuit. qualis minois in ęde
Semiuir eructans ſpumantem ſanguine predam
Cecropio: qualiſq; cauo ſub carcere plena
Cerberus ingenti diffundit viſcera campo:
Talis in immundo niuoſum bellua corpus
Puluere diſtendit: tumidam ſic explicat aluum:
Egraq; turbato ſic deijcit ordine membra
Nunc ventoſa tumẽt: nũc contrahit ilia flatus
Alterniſq; ſonat vocis via murmure rauco
Pectus & ora lauat tepido fumantia rore
Sudor: et vndãtes currunt per tempora riui:
Somniaq; occurrũt: pingues ſunt ſomnia menſę
Atq; coronati fuſo cratheres biaccho:
At celeres nũc labra bibũt nũc humida muſcę
Lumina nunc bifido rimãtur tempora roſtro.
Dum loquor et turpis moror ad ſpectacula monſtri
Ecce nouę gentis reſonãs fragor impulit aures:
Et tellus noua caſtra vomens ingentia fudit:
Agmina: quę campis immiſſa patentibus omnes
Compleuere vias: & culta noualia: neciam

Rus capit has acies ꝛ nõ numerabile vulgus
Vicinas intrare vꝛbes. incendere templa
Viſa cohoꝛs ꝛ ferre nouas in męnia flãmas.
Signa ſequebantur mȩrentes oꝛdine turmę
Compoſito: ſigna arcus erant: fax: tela: pharetrę:
Et quanq̃ʒ hęc eſſent hoſtilia caſtra genuſqʒ
Peſtiferum: ridere tamẽ facileſqʒ choꝛeas
Ducere permixtis lęta ad conuiuia turbis
Suadebant fieriqʒ leues cum carmine ludos
Dux erat his foꝛmoſa venus ſuſpenſa cupido
Filius haſtili longo vexilla ferebat:
In gremio matris molliqʒ in veſte volutus
Inſidias iocus ꝛ varias excogitat artes;

❡ Explicit liber primus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

¶ Calamitatum Liber Secundus
¶ Sextum monſtrum Luxuria

h Haec fera cocythi de triſtib9 enatat vndis
Prenitēs: aīo maculata ſimillima ſorbo
Quod nitido triſtes claudēs in cortice ſui
Decipit ignaros: morſuqꝫ venenat amaro.
Illecebris ⁊ fraude potens aſtuqꝫ doliſqꝫ
Dimicat ⁊ vultu pacem pretendit amico.
Hanc cōtra certare caue cōtendere vinci eſt:
Vincere terga dare. ⁊ retro veſtigia ferre:
Fulget in egregio decor inſuperabilis ore
Ornatuqꝫ iuuat formā: ligat auricolorem
Luthea vitta comam: molles que fuſa p armos
Leniter inflexos ſenſim finitur in orbes:
Candida frons lateqꝫ patēs ad tempora currit
Clara ſupcilijs velantur lumina nigris
Picta genas: preſſi ſub honeſtis narib9 oris
Purpureos coeunt mutātia labra colores
Aurea procero teretiqꝫ mouilia collo
Pyrgotelis celata manu: formatus in illis
Qualis erat viuens paſtor formoſus Adonis
Pendet: ⁊ intextis viridi curuamine ramis
Myrtus opus cingit: geminiqꝫ in fronde colūbe
Mutua porrecto collibant oſcula roſtro
Cum graditur tenui ſummū bulla aurea pectus
Verberat applauſu: perſtringit eburnea veſtem
Fibula coccineam: textoqꝫ ſubalbicat auro
Corpus. ⁊ exili fila inter ſerica veſte
Lacteus apparet mixtus cū ſanguine candor.
Qualis odoratis peſti que naſcitur hortis
Eſt roſa cōfuſis rutilāte coloribus albo

Rara ſinū chlamys: ⁊ viſu penetra bilis ambit:
Albaqꝫ ſub tenui cutis interlucet amictu.
In geminos orbes glomerata vtrinqꝫ tumeſcunt
Pectora. zona ſinus cohibet baccata fluentes
Gemma humeros nō vna tegit digitoſqꝫ micantes.
Hoc habitu ad ripas phrygīj ſimoentis amatū
Ibat ad Anchiſen: marti velamine in iſto
Eſt cōgreſſa: ca tio dum vir ſudaret in antro
Mole ſub ętnęa: qua fortibus ęra lacertis
Voluit in ardenti durus fornace pyragmon.
Qualis erat tyrios ludēs Europa ꝑ agros
Siue ꝑ hybleas errās Proſerpina valles
Cum Cyane in liquidū fluxit mutata liquorem.
Qualis in ornatu libyco ſidonia mater
Comptior: ⁊ feſtis ſolemni more diebus
Cum nuribꝫ phrygīj s multo ſpectabilis auro
Tyndaris ad diue. veniens Tritonides arcem
Seu quales ineunt regum conuiuia nuptę
Buxea cum letos modulatur tibia cantus:
Tale ſuꝑ picto per rura per oppida curru
Progrediēs mo nſtrū nūc hos nūc vulnerat illos
Luminibus mortis apte geſtuqꝫ venuſto
Obuia diffuſos crines veſtemqꝫ decoras
Motibus impellens diuinū ſpargit odorem
Aura: ſonat tenui ludēs vaga bractea vento.
Ore pudiciciam ſimulat caſtumqꝫ ruborem.
Nam magis innocuo ſi ſit cōiuncta pudori
Forma mouet: condita graui comitate venuſtas
Accendit rapidos furijs afflantibus ignes
Hęc ſunt illa q̇bus veneris puer arma ſuperbit:
Et quibus imperium terris queſiuit ⁊ alto.

Hinc hoīm ſurgit crucians inſania mentes
Que dulces abigit ſomnos: que pallida reddit
Ora: parit gemitus: in amaros lumina fletus
Soluit ⁊ in totū ſuſpiria ſeminat orbem
Mira huius natura fere: nō en ſe nec haſta
Vincitur: inter equos. thoraces inter ahenos
Per galeas conoſq; truces incedit inermis
Nuda manus: ſine thoracis ſine caſſidis vſu
Concita in hoſtilem victrix agit eſeda turbam:
Preterienſq; hoīm caſtra Imbecilia ridet.
Martia fert Macedo teretes in bella ſariſſas
At ſythice longis vtuntur amazones haſtis
Romulide certant pilis: celereſq; catheias
Barbarus aduerſos gallus iaculatur in hoſtes:
Parthus equo verſis pugnat fugiēte ſagittis
Sunt varij mores: vſus nō omnibus idem
Militie: nō omne vnis genus vtitur armis
Sunt iſti ſua tela ioci riſuſq; modeſtis
Nutibus ⁊ pulcro ridentia lumina vultu:
Dura quibus penetrat compagibus era ſolutis
Scutaq; multiplici chalibis circūdata veſte
Scit paris eneaſq; pius ſcit durus Achilles:
Alcideſq; iouis proles: ſcit iuppiter ipſe
Sepe fere inſidijs factus fera. cygnus. ⁊ aurum.
Scit crudelis idem Theſeus: victorq; Meduſe
Cuius adhuc retinēt illuſtrem ſydera predam
Hoc regina modo Babylonia paſypheq;
Sic Bacchi deluſa parens: ſic ⁊ phetontis
Victa cupidineo mater que languit igne:
Venatrixq; ſoror phebi: ſcit la mia rupes.
¶ Hec fera adulteriū parit inceſtuſq; nefandos:

Stupraq; ⁊ igne ſcelus dignū quo barbara quondam
Abſtulit immixtis ſulphur quinquurbia flammis
Nunc lacus eſt: vbi tunc hoies errare ſolebāt
Et qua pentapolis regio fuit ęquora lentus
Pigra liquor veſtit: qui mortua corpora ſorbet
Uiua gerit tergo: ſceleris monumenta vetuſti.
Hāc venerem dixere patres: quā ſpumeus humor
Progenuit: leniq; ſalo delata ꝓpinquum
Littus vt applicuit placido per pectora lapſu
Se inſinuās delubra ſibi quęſiuit ⁊ aras.
Flāma latens venis Uenus eſt: furor oſſibus hęrens
Hinc iocus hinc frater ſatus eſt qui tela facemq;
Geſtat: ⁊ auratis ſine lumine militat alis
Omnibus has natura potens ⁊ prouida curas
Addidit hos ſtimulos atq; hunc animantibꝫ ignem
Quo pręſtant magis oſſa calēt: venus acrior vrget
Nam meliora magis prohibens natura perire
Ad genus augendum flāmis grauioribus inſtat.
Aſt hominem cui plus diuini luminis auctor
Tradidit: ⁊ flecti voluit rationis habenis:
Legibus hunc certis iuſſit cohibere furorem
Impoſuitq; modum veneri ne pluribus vna
Nubat: vt vnius coniunx ſit coniugis vnus
Hinc proles: hinc ſancta fides ⁊ honeſta feracis
Copula connubij legis myſteria noſtrę.
Sed venus hos mores naturęq; addita frena
Non patitur: nulloq; poteſt manſueſcere vinclo
At velut vnda fluens pronus qua colligit amnis
Si ſolitos miſſo tardaueris obijce curſus
Murmurat: ⁊ clauſtris furit indignata teneri
Perluſtrāſq; aditum tumet ⁊ ſpumantia terga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Eleuat: ⁊ molem fluxus quę intercipit vrgens
Pondere creſcenti ſemper conuellere tentat
Et tandem euerſo celerem trahit aggere curſum
Aſſuetum per iter notiſqꝫ dat oſcula ripis
Sic venus iniectis creſcente libidine vinclis
Uento inflata calet: pedibuſqꝫ repagula vincens
Libera pernicem facto rapit agmine greſſum
¶ Ite procul iuuenes ſimplex ⁊ credula turba
Pręda eritis: dabitis pęnas: hęc belua thyſben
Hęc Cynare natam rapuit: ſcyllamqꝫ paterno
Crine ream: procti ſobolem lotideſqꝫ puellas:
Ite viri procul: ite nurus: hęc bellua tinxit
Lęde maritales thalamos ⁊ ſanguine lemnon.
Hęc iras hęc bella parit: circumſpice campis
Quę ſtygijs errant vmbras. pollere videbis
Triſticiaqꝫ premi: ⁊ rubrum ſudantia rorem
Tela coronari myrto: ⁊ nunc ire per vmbras
Pallentes vmbras nemorum cęnoſaqꝫ luſtra
Et nunc ęre graues veſtigia ferre per haſtas
Nunc per equos. has dura venus certare coegit
Puluereqꝫ aſpergi. ⁊ grauibus ſudare ſub armis
Atqꝫ pati geminum duplici ſub marte furorem
Dicta ſub exiguo claudantur vt omnia verſu
Diuitias animum. corpus necat. inficit aufert.
¶ Talibus exultans armis ⁊ milite tanto
Multa cathenatis heroum millia ſecum
Ducebat manibus nitidoſqꝫ per omnia flores
Compita iactabat. violas. hiacynthon. ⁊ alba
Lilia. purpureaſqꝫ roſas. Amaranthon Anethi
Gramen odoriferum. Caſias. ⁊ cynnama nardi
Semina ⁊ aſſyrię dederant quę balſama ſiluę

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Narciſſum croceaſq; comas rutilātia fila:
Sed paſſim infeſtę iactis de floribus herbę
Surgebāt: quas gignit ager ſardous amaris
Frondib9. ⁊ taxus. triſtiq; abſinthia ſucco
Mordētis genus vrticę. curuiſq; rubeta
Dentib9. ⁊ tribuli. Titimallus inane Cicutę
Germen: ⁊ erectę tollunt quę haſtilia ſentes
Omnigeniq; ſeges ſubit importuna veneni:
¶ Dūq; oculis abiens. agmen ſequor. vltima pigris
Paſſib9 vmbroſo gens aſcendebat ab orco
Gens obſcura carens titulis. ingloria laudum
Indiga. vulgus inops. proles ignara laborum
Segnis. iners. timida pictū teſtudine velum
Anteferens ibat torpor. ſine nomine longa
Turba ſequebatur pompa. dux vltima caſtra
Nixus equo tenui vultū deformis agebat;

¶ Septimū monſtrū Accidia.

Haec eſt curaꝝ genitrix exercita nullis
Artibus officij nullo laudabilis vſu
Segnicies inter ſocias nutrita megerę
Doctaq; languores animi. luctuſq; magiſtra.
Sola ſedens. oculoſq; ſolo defixa. malignum
Criſpa ſupciliū. pallens impexa capillos
Phthiriaſim patiēs ſcalpit caput vnguib9 vncis
Os immunda. manus illota. cadente ſaliua
Barba madet. pluit imbriferis de narib9 humor:
Debilis. ⁊ longo pendens in pectora dorſo
Fauce tumet. leuat anguſto ſub pectore ventrē
Utris ad exemplū morbiq; intercutis inſtar
Crus exile. genu ſurgēs. pes pinguis ⁊ amplus
Tardat iter grauibuſq; dolet iunctura podagris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Hęc fera ſeruilis ſanctę faſtidia vitę
Ingerit: ⁊ tardos ad clara negocia ſenſus
Somnifero languoꝛe pꝛemit. frigẽtia coꝛda
Inuoluit gelido denſę velamine nubis.
Nil niſi terrenis hauſtum de fecibus vnꝗ
Cogitat. annales veterũ dubiamꝗ futuri
Tempoꝛis ignoꝛat ſoꝛtem. nõ vlla latentes
Cernere naturas rerũ cauſaſꝗ tueri
Cura ſubit ſubiecta oculis vix aſpicit. ęgrę
Palpebꝛas leuat hęrentes humoꝛe tenaci
Lumen hebet. ſurdẽt aures. vox langulda. ſermo
Barbarus. obſcuro ꝟba interduſa palato.
Seminat infęlix loliũ frigenſꝗ papauer
Letheiſꝗ rigat ſteriles humoꝛibus hoꝛtos
Plumbea liuẽti geſtat cõuexa metallo
Uincula captiuos hoĩm quibus alliget artus.
Saturnus pater eſt iſti. nox humida mater
Hãc genuit magnos Iouis vt cõpeſceret auſus
Itala cretęis pecĳt cum littoꝛa roſtris.
Penula trita. fluẽs humeris a pectoꝛe apta
Soꝛdida. neglecto cultu. demiſſioꝛ ante
A tergo bꝛeuioꝛ. textu laxata ſoluto
Fila oꝛas circũpendent. roſere cothurnos
Articuloſꝗ pedum mures ⁊ olentia nigris
Soꝛdibus immũdę ſulcãt calcanea rimę
Ipſa ſibi grauis eſt turpi deiecta quiete
Mgret. ⁊ ignoꝛat cauſam mgroꝛis ⁊ oꝛtum
Ebꝛia lethargo ſemper triſtiꝗ veterno
Uirtutũ foꝛmidat iter. mõſtratꝗ laboꝛes
Difficileſꝗ vias ⁊ re maioꝛa videri
Cuncta facit. ceu ſi vitreo ſub iurgite virga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Verſa ſit acrio quia corpore denſior vna eſt
Ingentem ſparſa mentitur imagine formam.
Sic hominũ falſo deludit Acidia vultu
Spem minuens animoſqꝫ premens operũqꝫ futura
Premia deridens. contemni fulmen ⁊ ignes
Tartareos fruſtraqꝫ docet phlegetonta timeri
Aeacon ⁊ minoa negat. nullum Rhadamantho
Iudiciũ tribuit. fędęqꝫ libidinis vſum
Et veneris cõcedit opus. cõuiuia ventris
Ingluuiem laudat. ſic lentus pectora torpor
Occupat. ⁊ pigras ita vincit inertia mentes.
Inſtructis laute menſis ſi copia detur
Indulget. queſita vorat. ſed querere neſcit
Inde graues curę lõgęuaqꝫ tedia ſurgunt
Sic nocet hoc mõſtrum ⁊ iuſtis conatibus obſtans
Suadet ab obſcęnis queri ſolatia rebus.
¶ Hoc inhonoratũ ſcelus ignauũqꝫ ſequũtur
Ignotę triſteſqꝫ animę. quas nulla futuri
Cura nec ęternę ſtimulauit gloria famę.
Si tñ hoc quędam retinent ex ordine nomen
Non ſua ſed virtus illos laudata priorum
Vel genus excelſę gentis. vel regia virga
Imbelli geſtata manu. vel nobile crimen
Egregiũ ve ſcelus ſciri ſine laudis honore
Cogit. ⁊ inuitas hominũ trãſmittit ad aures
¶ Iſtorũ turpi ex numero ⁊ de plebe nefanda
Vnus erat modico dñm qui vendidit ęre
Vnus ⁊ oſtriferam feſto qui iunxit abydum
Pontibꝫ ⁊ magnũ ſalſis Athon abluit vndis
Mox vbi cõuulſas audiuit in equore puppes
Et pontem ęquoreis cõfractũ viribus amens

Qua phꝛyxi germana iacet rate fugit inermi.
Talis ⁊ eneadũ phꝛygio de ſanguine Ceſar
Ultimus. auſonię labes ⁊ dedecus aulę
Talis ab Aſſyꝛio veniẽs longo oꝛdine belo
Sardanapalus iners. qui nõ chironis in antro
Nutritus: nõ inter equos erat inter ⁊. enſes.
Sed calathos circum: ſaturataqꝫ vellera roꝛe
Muricis: ⁊ tenues lanas quas Sericus altis
Pectit ab arboꝛibꝫ: violaſqꝫ imitantia penſa
Purpureoſqꝫ croci vultus. hyaliqꝫ coloꝛes
Crinitoſqꝫ colos. ſolium regale tueri
Neſcius: vt regni inuaſoꝛ iurata coegit
Auxilia ⁊ celeri maturans arma paratu
Actonitam cinxit ſubitis legionibꝫ vꝛbem
Stamina depoſuit tandem: ⁊ de plębe fugaci
Componẽs raras acies cum milite pigro
Exijt in pugnã: molles talaribus armos
Aſſuetũ tunicis clypei grauis ęreus vmbo
Preſſit: vt hoꝛribilis pugnę caua bucina ſignum
Reddidit: vt rigidũ campos ingreſſa patentes
Terrifico cantu cecinir vox bellica martem
Et leuis inſonuit crebꝛis hinnitibus aura:
Obꝛiguit: ſtupuere oculi: liquere trementes
Loꝛa manꝰ: Clypeuſqꝫ cadẽs (res digna triũpho)
Foꝛmicam oppꝛeſſit veteris de ſanguine natam
Myꝛmiones quę Myꝛmidonũ genus acre viroꝝ.
Reddidit. excuſſum eſt roſtri de foꝛcipe granũ
Et triſtem moꝛiẽs liquit ſub puluere vitam.
Non poterat tãta armoꝝ dux mole ſepultus
Et tanto ſine cęde pedem ſubducere bello!
Talis in ignauo regnabat pectoꝛe virtus

Poſt clarū facinus fugit: ſolitum qꝫ cubile
Depoſitis repetens armis ſe miſit in ignes
Femineos ſemꝑ mores imitatus ⁊ artes
Hoc animi fortis moriēs opus ꝯdidit vnū
Iſta regūt orbem ſcelerū qꝫ licētia regnat
Relligio cōtempta iacet: ſpretuſqꝫ deorum
Cultus abit. trita qꝫ fides iam pallida veſte
Infirmis titubat pedib⁹: peſſundata legum
Maieſtas: tot monſtra pios immania mores
Inuaſcre: ſilet probitas: pudor exulat: alas
Explicat ad limen pietas reditura paternū
Vilis ⁊ attrita ꝟtus in veſte relictis
Vrbibus egrediēs loca per deſerta vagatur
Solaqꝫ nā merces laus: gloria: fama: triūphus.
Gaudia. pax. ſucceſſus. honor. reuerētia. cultus.
Maieſtas. fauor. imperium. populiqꝫ ſecures.
Virtutū comites olim dum pinguia curuo.
Iugera ſcindebat conſul Romanus aratro
Et dum prima ſuis gaudebat ouilibus ętas
In ſcelerū fugere domos. dolus arma. rapinę
Furta. venena. neces. veneres. iniuria. fraudes.
Inſignes celebrant ſolemnia laude triūphos.
Pallida velato virtus abſcondita vultu
Qualis it ammiſſo mulier viduata marito
Viſa ſub ambiguo nocturnę lumine lunę
Sępius eſt. ⁊ ſola die lugere per vmbras
Per loca ſiluoſas inter frigentia valles
Qua dryades habitāt vbi feſſa quieſcit oreas
Eſt audita ꝓcul tales effundere queſtus

¶ Querimonia virtutis

Cur ego quę magni ſum ſemine nata tonātis

Et cęleſte genus. ſenior ſublimibus aſtris
Deſeror: humanis ne vnqꝫ fortaſſe negaui
Rebus opem: vel forte meis non amplius armis
Mundus eget? Cur nũc tanto ſurgẽte tumultu
Debilis hęc hoĩm ſoboles tot millia contra
Ditigenũ noſtra nullũ munimen ab arte
Poſtulat? An valide nõ ſunt ad pręlia vires:
Nõne acies totidem: nõne eſt induſtria nobis.
Nonne animi: liceat de me mihi vera fateri.
Fortunę domitrix ego ſum ſcelerumqꝫ flagellum
Semp̄ tęla manu ferimus: cum crimine ſemp̄
(Si genus humanũ poſcat) ſunt aſpera bella:
In promptu nobis ⁊ opes: ⁊ miles: ⁊ arma
Utqꝫ hoĩem tuear. ſuperũqꝫ in tecta reportem
Incolumẽ: ſtygias omnis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna deũqꝫ
Hortari mõſtrare vias quib9 itur in altum
Aethera: ſum mediũ dirimens iter orbita recto
Limite qua mõſtratur adhuc veſtigia patrũ:
Qua veteres cęlo digni petiere tonantis
Limen: vbi nitidis ſunt lactea flumina campis.
Neſcio delicias: nullũ inſidioſa voluptas
Mecũ fędus habet: mihi lis de limite regni
Cum vitijs: multũqꝫ inter cõtrariis pugno
Nãqꝫ meos inter regnũ mihi cõtigit hoſtes
Me labor aſſiduus validã facit ocia frangũt.
Et quotiẽs opus eſt armis. exterrita nullis
Congredior vinci ⁊ ſuccũbere neſcia: ſi quod
Pondus ab aduerſis iniectũ eſt caſibus ęqua
Mente fero: ipſa hoĩem doceo variaſqꝫ p̄ artes
Erudiẽs paucis dijs immortalibus annis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Per ſimilem reddo: ſine me cognoſcere rerum
Non licuit cauſas: per me pulcerrima mundi
Machina quę miris ſubiectum legibus orbem
Temperat expreſſo rapidi patet ordine cęli
Me ſine que in magno numeris elementa ligantur
Corpore nō poterāt: nec ros nec fulmina ſciri.
Me duce nota ſoli vis eſt ⁊ mobilis vndę
Me quoqꝫ ſumma patris pietas interprete conſtat
Unaqꝫ cum duplici ſimplex eſſentia partu.
Ipſa feros hoīm docui componere mores
Ipſa Solonigenas leges pręcepta lycurgi
Plebiſcita Numę. magni conſulta draconis
Biſſenaſqꝫ dedi tabulas. ⁊ ferrea iura.
Me duce regnarunt belus beliqꝫ nepotes
Et perſę lybiciqꝫ duces. me pręſide roma
Floruit. ⁊ lata rerum ditione potita eſt
Ipſa comes grāijs aderam quom Troica contra
Pergama depulſis ex Aulide nauibus ibant.
Me duce romanus tyrias radicitus arces
Eruit. ⁊ ſolymas turres. bimaremqꝫ corinthum
Atqꝫ ſyracuſios Arethuſę męnia muros.
Belliger extremas duce me tulit arma per vrbes
Bacchus. ⁊ ardentes victricia ſigna per indos.
Nyſeamqꝫ locans Arabis de nomine Nyſę
Dixit. ⁊ ad teretes hederas coniungere thyrſos
Pampineaſqꝫ comas tremulis agitare corymbis
Menades inſtituens dionyſio feſta quotannis
Iuſſit ab acos fieri ſolemnia pube.
Ipſa ego combuſtę retinent quę nomina māmę
Femineas ad equos turmas ⁊ ad arma paraui
Plębis ego ſolymę ſiccis veſtigia plantis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Per maris erecti pendentes vndiqꝫ fluctus
Murorũ in speciẽ vada phębo incognita duxi
Me quoqꝫ prima viros ratis inuẽtrice per altũ
Aequor ⁊ audaci tulit aurea vellera curſu
Alcides tot monſtra meis deformia vicit
Viribus Et quicquid muſis phęboqꝫ vetuſtas
Aſcripſit noſtrum eſt. Vates ego ſanctaqꝫ vatum
Pectora melliflui diuino nectaris imbre
Largius irroro. dulciqꝫ aſpergine luſtro
Fons ego Caſtalius: Pallas ego: nomina plura
Res eadem Num ſum morbo confecta nec annis
Incorrupta virens. immortaliſqꝫ remanſi
Celeſtes etẽm̃ nihil in me motibus orbes
Sidera nil radijs poſſunt. nil lumine titan
Poſt igitur tantorum operum experimenta fidemqꝫ
Deſeror ignotis errans in gloria campis.
O vere ingrata ⁊ meritorum oblita meorum
Secula nec priſcę quicq̃ꝫ ſeruantia laudis.
O numa romulidum ſanctiſſime. voſqꝫ Catones
Maſcula progenies. tuqꝫ o metuende ſecuri
Et celtę ſpolio inſignis Torquate ſuperbi
Voſqꝫ genus Decij egregium. tuqꝫ optime Quinte
Eximium primę decus. ⁊ tu magne quiritum
Maxime. quo Cęſar fortuna ⁊ crimine tantum
Clarior eſt. vobis iſta cum gente profana
Iudicibus. ſi fas eſſet contendere coram
Dicere veridicis cauſam ſermonibus auſim.
Sola queri poſſum mecumqꝫ ſub ilice muta
Teſtis vbi nemo niſi numina conſcia recti
Arguere. ingratas gentes oblitaqꝫ mores
Corda meos: mea ſit tacitis querimonia ſiluis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Nota: nec ad ſtolidi veniat cōſortia vulgi
Patrono mea cauſa caret: quia pectora plena
Perfidię faſtuqꝫ animos tollente ſuperba
Ire per anfractus audent impune malorū
Aduerſaſqꝫ ſibi leges inimicaqꝫ iura
Frangere ⁊ audaci culpas defendere vultu
Propterea ſanctis ratio cum moribus vrbes
Jam fugit. ⁊ magni rector moderaminis ordo
Poſt habitis terrę ſolū regit ęthera curis
Sceptra ſcelus rapuit: poſitis cuſtodibꝰ omnis
Scrutatur regni fines adituſqꝫ tuetur.
Scire pati ſanctū eſt: partē deus omnibꝰ ęquā
Seruitijqꝫ imperijqꝫ dedit: nō omnia ſemper
Aſtra: ſed alterius nūc hoc nūc imperat illud·
Delia regnabat mundiqꝫ tenebat habenas
Cum moles ęquanda ioui cōſurgeret: ⁊ cum
Saxa gigantee voluebant ardua vires.
Tum ꝑmum ignotis homines ſermonibus vſi
Diſtinctoſqꝫ habuere ſonos: duce marte ꝓfuſum
Aequor in aerios miſit vada cęrula montes
Triſte reluctādo nō eſt leue vincere fatum
Conariqꝫ polos ⁊ fortia ſydera contra.
Nauis vt aduerſa remo cū impellitur vnda
Fortia ni totis incumbant brachia neruis
Ictibus ⁊ crebris inſtent nō vincitur amnis
Cedendū eſt: leges in idonea tempora noſtrę
Perueniēt. dabitur noſtris ſua moribꝰ ętas.
Nec q̄ ſola vager doleo: perdenda virorum
Millia tot tātamqꝫ dari prędā queror orco.
Nō pereo deſerta: perit qui deſerit. error:
Alligat errātem. mea ſi tamen ora fuiſſet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Fas homini nineūqȝ decus formāqȝ tueri
Nō illum blandis vnq̄ȝ peritura voluptas
Flecteret illecebris nec ficto falleret ore.
Sed mihi ſecretū voluit pater eſſe decorem
Vt labor obluctās iniucundiqȝ dolores
Humanos acuāt aīos: poſt perdita primę
Munera iuſticię veterūqȝ infauſta parentū
Exilia ⁊ preſſos iniecto fomite ſenſus
O miſerū mortale genus. Quid debuit vltra
Pro te proqȝ tua deus attētare ſalute:
Vltra immortales aīos ſupaddidit artes
Ornamentum ingens: ſociā me tradidit. ipſum
Se tibi pollicitus: cęli tibi limen apertū:
Et fugis auctorem. ſeruatoremqȝ: ducemqȝ:
Et chaos obſcurū claro p̄ponis olympo
Olimpo ſedes vbi ſunt. ⁊ templa tonantis
Qui niue nō albet. nulloqȝ madeſcit ab imbre
Nec quatitur ventis. nec fulmine vapulat vllo
Gliſcit ibi ſine fine quies ſine fine voluptas
Pax ęterna. iubar ſtellis ⁊ apolline maius.
Ah genus ingratū. fera mens ignobile ſemen
Degeneres animę. mores imitata ferarum
Progenies. tali proles indigna parente
Nā pater eſt deus ipſe tibi. tibi maxima tellus
Paret ⁊ illius dono tibi militat aer
Vnde ſubeſt. ſeruitqȝ tibi neptunia doris
Tu refugis patremqȝ negas. tot dona ferentem
Diſſimulas: Quę pęna tuis erroribus ęqua eſt
Quę ſceleri tormenta tuo debentur: ⁊ audes
Aſtriferos oculis ſpectare rebellib⁹ orbes.
Aſtra tibi clariqȝ ſuis quos aſpicis ignes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Motibus imperio patris hęc alimenta miniſtrant
Dum tibi dumqȝ tuo patri ſe ſubijcit orbis
Totus. ⁊ aſſiduo ꝓperans obtemperat vſu
Tu veneri inſudas. auidiqȝ voragine ventris
Rumperis. eſcarumqȝ ferens graue pondus anhelas
Sed quid ego in tales nil profutura querelas
Effluo: cur lachrymis oculos ſingultibus ora
Nequicq̄ indulges: tua quur euiſcerat iſte
Corda dolor: quondam florens modo languida virtus
Et videt ⁊ iuſta librat deus omnia lance.
Ipſe vbi tempus erit nos in violata reducet
Regna memor pater ipſe meas vlciſcitur iras
Singultus inferna palus ⁊ verbera dira
Audiet. ⁊ triſtes vmbras vlulare ſub altis
Inter ſulfureos erebi fornacibus ignes.
Interea lucos poſito merore ſilentes
Tuta colam: vileſqȝ caſas: ignota latebo:
Ut poſtq̄ diti ſat erit vitioqȝ litatum:
Nobilibus ſuccurram animis ⁊ lapſa reducam
In medium certis veſtigia finibus arcens
Sępius audita eſt ⁊ talibus vſa querelis
Dicitur in ſiluis virtus nemorumqȝ per vmbras
Una camęnorum ſaltus tum forte per illos
Pręteriens ſacrumqȝ petens helicona notauit
Singula: ⁊ huic noſtrę dedit inſcribenda papiro.
Ut ſi viperęę ſtimulis accenſa Megęrę
Natorum impietas fuget ⁊ diſcordia matrem
Exilioqȝ procul peregrinum inuiſere mundum
Urgeat: illa licȝ caſu affllictetur amaro
Et tepido lachrymāſ lauet ora ſinūqȝ liquore:
Nil crudele tamē natis nihil optat acerbum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Nam patiens natura pios non deſerit ignes
Immo ſuū liceat ſi quādo reuiſere limen
Iu dulces ruet amplexus. dabit oſcula notis
Frontibus. ⁊ triſtes vincet ſingultibꝰ iras.
Sic virtus hoīm dux ⁊ fidiſſima cuſtos
Quāuis pulſa graues gemitus lamentaqꝫ fundat
Prompta tamē noſtris ſemꝑ ſuccurrere rebus
Errores gemit humano: gemit ebria corda
Et quacūqꝫ poteſt non deſinit arte mederi.
¶ Fœdera mortales orci cum rege ſuperbo
Celitibus ſpretis iniere. datiſqꝫ ligati
Obſidibꝰ ſeruare fidem coguntur auerno.
Per medias vrbes colubris crinita Megęra
Sanguineiſqꝫ caput vittis intorta flagello
In ſcelera ⁊ culpas hoīes vrgere laborat:
Criminis ⁊ pęnę dux hortatrixqꝫ maloꝝ
Fronte truci ⁊ toruo vultu conatur Erynnis
Sceptra tenēs iudex ſolio plutonius alto
Ius populis dicit. leges periere deorum
¶ Hinc irę venere deū. morbiqꝫ fameſqꝫ
Improba. quę ſteriles nimiū verſata ꝑ agros
Hactenus intercępit opes ⁊ credita ſulcis
Semina: noſqꝫ pati ieiunia longa coegit
Hinc bella armorūqꝫ ſonās diſcordia motu:
Nam q: mens hoīem mores oblita pudicos
Degenerat. noxis ſemꝑ creſcentibꝰ: arma
Nos terrena p̄munt ⁊ nos deus vrget ab alto.
Multipliciqꝫ graues luimus ſub iudice pęnas

¶ Noua iactura rei chriſtianę

Aſpicis imperiū noſtrę lacerūqꝫ labāſqꝫ
Gentis vt hoſtili totiēs certamine cęſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Sanguine barbaricos ſpoliiſq; recẽtibus agros
Impleat: ⁊ noſtra pingueſcat Achaica tellus
Cęde madens: iam gręcus ager Machomętia iura
Iam patitur ſeruile iugũ rituſq; nefandos
Inſula qua pelopis muro circumdedit iſthmon:
Qua fluit. Alphęi ſiculi potãdus in agris
Euroteq; liquor: qua ſurgit thracius aemus
Aemus: cuius apex niueis candoribꝫ albens
Adriacos fluctus euxinaq; littora cernit:
Qua videt ętholas vrbes Aracynthus ab altis
Rupibus ⁊ curuis Acheloia flumina ripis
Uſq; pruinoſos iſtri glacialis ad amnes
Thraicioſq; ſinus: bimares vbi boſphoros vndas
Arctat ⁊ eur opes Aſiam diſtinguit ab oris
Quaq; ſinu curuo tethys egęa recurrit
Ad Mytileneas arcens leſbonſq; ſuperbam
Et tenedon priamiq; domos. vbi xantus ab altis
Se ſinuat phrygię deſcẽdens vallibꝫ idę
Imperiũ machometus habet: crucibuſq; fugatis
Per quondã noſtras inſignia barbara turres
Apparent. captę mutatis legibus vrbes
Dedicere fidem ⁊ ſanctę myſteria Romę.
Hęc noua: ſed vetus eſt lõge victoria maior
Pamphillũ ciliciũq; lares vbi męnia Cydnus
Perſęa fundata manu labentibus vndis
Partit alexãdri vada perluſtrata natatu.
At quur paule tuos pateris ſeruire penates?
Paule pater viden vt ſęuis tua patria tarſos.
Sabiaceat dñis: fideiq; vt fędera ſanctę
Ruperit: ⁊ leges ſeruet cõmenta nefandę?
Surge: tuo pater enſe tuos defende nepotes.

Quā geris aduerſas feriat romphea cohortes
Capadoces phrygij virides vbi flumine ripas
Curuat ⁊ argutos audit meander olores
Et veteres eneti Cares vbi dicitur ortum
Auguriū lycij. pontus. bitynia diues
Hanibalis tumulo inſignis. lydiqꝫ vetuſtum
Unde genus tuſcis: fuluas vbi voluit arenas
Diuitibꝫ pactolus aquis. hec omnia noſtris
Hoſtibus ⁊ rigido parent inuita tyranno.
Heu quot ſingultus. heu quot ſuſpiria matres
In viduis laribus ducūt ⁊ celibe tecto
Quaꝝ parua ferirapuerūt pignora thraces
Biſtonijqꝫ equites. Capti pueri atqꝫ puelle
Flumine ꝯfuſi ſacro fidei elementa
Jam docti. ſua qui chriſto iam vota p̄ceſqꝫ
Curuātes genua ante aras offerre ſolebāt
Seruitiū dominis miſerū crudelibꝫ. inter
Uel perſas immite genus venere vel indos
Qui tenuit ſolymos colles ⁊ ditia quondam
Regna paleſtine: totum cui paruit olim
Ceſarie. Anthiochiqꝫ ſolū. qua mitis horontes
Currit: ⁊ immiſſis vrbem diſterminat vndis
Cui maurus ſeruire ſolet: quē barbara Mēphis
Horruit: ⁊ dubia ſurgēs ab origine Nilus.
Qui gelidū Tanaim domuit victricia ſigna
Ethiopes ſcythicūqꝫ gelu qui ꝓtulit vltra
Turiferoſqꝫ arabes libaniqꝫ tepentis odores
Et iuga caucaſijs que rupibus ardua ſurgūt
Uictor ouās Chriſtus pꝫno modo pulſus ab orbe
Amiſſis aſie regnis magnoqꝫ potētis
Europe ſpacio. extremas male poſſidet oras:

Nam partē heſperię dederat cui nomina Betys
Maurus habet potiturq; domo machometus ibera
Hanc cladem nobis ſcelus attulit Heu graue noſtro
Dedecus auctori: noſtri iam penitet illū
Tutelę piget aſſumptę veterūq; laborum
Atq; dati noſtra pro libertate cruoris
¶ Si trāquilla quies ⁊ triſtibꝫ ocia curis
Libera me ſinerent ſanctos inuiſere fontes
Et totos helicona dies conſumere circum
Prima ſalutiferi repetens exordia chriſti
Ad ſuprema meum veneſſet tempora carmen
Actaq; tentaſſem maiori ſingula verſu
Texere. ⁊ annales melioribꝫ ędere chartis
Sed nec ſumma ſequi trepidū faſtigia tempus
Me ſinit. ⁊ cęci vis formidata veneni
Noſtra breuis veloxq; ętas ⁊ plęna laborꝝ
Nil altū tentare ſinit. cōtermina meta eſt
Carceribꝫ. cōiuncta neci ſubiectaq; fato
Vita fugit. paruo occaſus diſcrimine ab ortu
Diſtat. ⁊ innumeris p̄mitur breue cladibus ęuum.
Pauca tamē (ne me ignauū triſtiq; iacentem
Deſidia inueniat miſerę lux vltima vitę)
Subijciā: magni quotiēs benefacta parentis
Volumus a curis aīo fugiente caducis
Lucida cęruleis ceu toto e nubibus orbe
Sol abiens: mōſtrat ratio q̄ turpe nocenſq;
Sit. nō iuſſa ſequi ſuperū ⁊ cōtemnere diuos
Atq; dei iuſtas quotiēs a limite fixo
Juſticię: illecti vitio diſcedimus iras
Inſinuat. miteſq; dari ꝑ crimine pęnas
Et noſtrū maiora ſcelus tormēta mereri:

¶ Cōmemoratio bñficioꝝ chriſti.

Ante ſalutari qꝫ tolleret vnda lauachro
Crimen ⁊ irati valuas aperiret olympi
Aera deos hoīes ⁊ ligna carentia vita
Eſſe rati lectas pecudes ⁊ debita cęlo
Orgia ponebāt ſurdis altaribus ante
Facta manu ſimulachra ſui cultoris ⁊ arte
Numina fallebāt ſiculos Ericyna colonos
Juppiter a lybicis qui nomina ſumit arenis
Ethiopes ſoliſqꝫ domos ardore peruſtas.
Gnoſciacos Dictynna lares. ⁊ rura Cayſtri
Meotiſqꝫ lacus. ⁊ clari regna thoantis
Juſſit vbi humanū ſpargi dea ſęua cruorem
Perfida cęcropiam luſit Rhamnuſia plębem
Attica cęcropios pallas. Rhodon altus apollo
Orthigiamqꝫ breuē micone giaroqꝫ ligatā.
Actyrę Juno lybicas Carthaginis arces
Thraiciīſqꝫ ſami circūdata fluctibus arua.
Barbara cornigerū Memphis plorabat Oſirim
Lętaqꝫ percuſſo pubes ęgyptia ſiſtro
Jnachię celebres veniebat ad iſidis aras.
Dindyma p̱ cybelemqꝫ phryges reſonātia galli
Sacra dabāt matri diuū. p̱ gargara ⁊ idam
Buxea multifori ſtridebat tibia cantu
Tympanaqꝫ. audito ſtrepitu de rupibꝫ altis
Pręcipites ibant Dāmę lucoſqꝫ petebāt
Dorcades ignotos ⁊ inacceſſa cō ualle .
Feſta corymbifero Thyas renouabat hiaccho.
Et tepidas cornu ductus caper ibat ad aras.
Roma panompheo ſacrauerat alta tonanti
Limina ſolemnes crebro viſura triumphos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Paſtaq; Clitumni virides armēta ꝑ agros.
Sic alię varijs deluſę erroribus vrbes
Numinibus fictis aras ⁊ diuiſte cultu
Ardua ponebāt pario de marmore templa
Sępe quidem viuo tanꝗ̃ de corpore voces
Et confuſa dabant veteres oracula diui
Sicut apud delphos in parua phocide nigris
Speluncę latebris clauſus vocalis Apollo
Sicut chaonię phębo illabente volucres
Et caua Cuneū ſpelęa ſonantia carmen
Verum hęc vel fallax hoīm verſutia fecit
Vel ſtygię mentes auium ꝑ neſcia certis
Motibus humanum fingebāt guttura murmur
Formabātq; leues ꝑ concaua ſaxa loquelas
Et quod ſiderei radijs coeuntibus ignes
Monſtrabāt caute populis multo ante futuꝝ
Siue ꝑ augurium ſeu ꝑ vatum ora canebāt
Diuinoſq; ſibi cultus curaſq; parare
Artibus his ſolitę turbas ⁊ credula vulgi
Nobilis ambigua fallebāt pectora voce
¶ Nō tulit hoc magni proles ęterna parētis.
Et ſtygijs ergo canibꝰ ludibria (dixit)
Semꝑ erit mortale genus: nūq̃ꝫ ve vereri
Nos diſcent manes: audacia ditis auari
Improba ſic impune meos inuadet honores
Semꝑ: ⁊ obſcuri plebs ambitioſa ꝓfundi
Sic perget ſeſe ſuperis ęquare deoq;
Ibo: ⁊ terrenū luſtrabo incognitus orbem:
Nec patrias repetam ſedes cęlū ve priuſquaꝫ
Cerberus ⁊ trepidi me regia ſenſerit orci.
Nō vada nō furię nō ferrea clauſtra vetabūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Nigra per et phębi radijs incognita regna
Ferre gradus: horrore tremens vlulabat Erynnis
Et caua terrifico quatiētur tartara motu
Flāmeus obſcuros phlegeton qui ſuſcitat ignes
Saxa rotans męſtoq; acheron qui labitur amne
Cocytiq; grauis parientia flumina luctus
Et liquor inducens lęthęę obliuia lymphę
Participes ſiſtent curſus retroq; redibūt
Et ſua ſulfureos repetent exordia fontes
Cū mea vox aditus cęcos ingreſſa profundę
Noctis ⁊ inſolitū penetrabit tartara lumen
Luce repentina chaos ⁊ fumoſa baratri
Atria clareſcēt: vbi pallida frondib; hęrent
Somnia. tenarijs reuocabo a ſedib; vmbras
Inſontes: vmbras patrū quos lōga ſub alti
Carceris includūt obſcuro vincula circo
Propterea placidū terris inducite pacem
Sidera qui regitis diui qui voluitis orbes.
Ut dū bella gero cū principe gentis auernę
Sentiat occultā ferri ſibi terra ſalutem
Iam trepidāt magnoq; pauēt aduerſa tumultu
Caſtra: dies numerat pluto: tempuſq; volutū
Colligit: aduētuſq; meos veſtigat ⁊ ortus:
Nocturnas cogūt acies: curſantq; ꝑ altum
Aera: ⁊ ingenti ſtrepitu mortalia terrēt
Pectora: montanos apices atq; ardua ſaxa
Terribili quatiūt motu. pecudūq; per ora
Inſolitas fingūt voces: ęgyptia pallent
Sollicito ſimulachra metu: ſuſpirat anubis
Fatidicuſq; legēs vates examinat omnes
Peruigil hiſtorias ⁊ cęli cogitat ignes..

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

¶ Ipſe igitur diuos linquēs ⁊ limen olympi
Aetheriaſqꝫ domos deus ad mortalia regna
Terrenoſqꝫ lares medio dum frigida curſu
Suſpiceret cancrū nox inclinata ſub vrſam
Venit: ⁊ anguſtā tenuit pręſepia ſedem.
Tunc hyberna gelu torpebāt arua ſereno
Et matutino ſiccatum frigore gramen
Perdiderat vernum demiſſa fronte colorem
Pigraqꝫ nocturnis albebāt rura pruinis
Tūc rhodopes hęmiqꝫ niues iuga ſumma leuabāt
Altius: ⁊ niueo ſurgebāt aggere montes:
Nudaqꝫ ramoſę tendebāt brachia quercus:
Et ſiluas aquilo viridi ſpoliarat honore.
¶ Pręuius aeoa ſanctos a perſide reges
Ignis ⁊ inſolitis radiās ſplēdoribus ardor
Miſit ad infantis parua incunabula chriſti
Ipſe ſub humana velatus imagine mundi
Conditor: vt tetigit matura viriliꝰ annis
Tempora. naſcētis faciēs primordia ſęcli
Ante quater denis ieiunia longa diebus
Pertulit: ⁊ ſacro mox irroratus ab amne
Abſtulit erroꝝ tenebras: noctiſqꝫ ꝓfundę
Nubila: longeuumqꝫ chaos finiuit ab alto
Vndiqꝫ diffundēs illatam cardine lucem.
Extinctis oculis aciem lumenqꝫ peremptum
Reſtituēs: opus ignotū noſtriſqꝫ negatū
Viribus: aerios tractus ſolemqꝫ videri
Fecit: ⁊ inſuetum terrę cęliqꝫ decorem.
¶ Sicca ꝑ ęquoreos fixit veſtigia fluctus
Admirata nouū credebat Ariona Tethys
Cum cythara curuos inter delphinas euntem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Hoc vbi vi ꝓpria tutos ſuſpendere paſſus
Vidit: ⁊ humanis liquidas iter eſſe per vndas
Greſſibus: hęc nõ eſt audax induſtria dixit
Romanę ꝟtutis. a quę ſenſere tonãtem
Hęc ait. ⁊ fugiẽs imas ſe torſit in vndas.
Imperia ventorũ iras pelagiqꝫ furorem
Preſſit: in excelſo galilęi vertice montis
Ora. manus oculos ⁊ pectora ſancta beato
Lumine ꝑfuſus patuit deus ęthere lapſum
Numen ⁊ albenti veſtitũ nubis amictu
Aſtitit: auricomi ſonuit globꝰ aeris ingens:
¶ Carmine nõ magico nõ vi medicaminis vlla
Defunctos iterũ vitam reuocauit in artus.
Emigrare leues aïas retroqꝫ reuerti
Obſtupuit. celereſqꝫ fremẽs pluto induit iras.
¶ Languida quę nulla potis eſt humana iuuare
Ars ope per vicos gradiẽs ꝑ rura per vrbes
Nũc prece nũc ſolo ſanabat corꝑa tactu.
¶ Sancta dei tenuem pietas induta figuram
Non perteſa rudes aïos moribũdaqꝫ mẽbra
Ferre: nec eſtiuo graciles aſpergere plantas
Puluere nec luteis veſtigia ponere campis
Erubuit: tolerare famem paſciqꝫ ꝑ agros
Graminibꝰ vitreoqꝫ ſitim reſtringere riuo
Dulce fuit: coluitqꝫ inopum cõſortia: tantus
Ardor in accenſo regnabat pectore: tantis
Curabat ſtudijs humana negocia: vt ipſum
Aethera iam poſſet ſe ſeqꝫ oblita videri:
Ante ipſam quotquot hoĩm cõponere mores
Conati ſtatuere modũ normamqꝫ dedere
Viuendi: vel pro certis incerta fuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Falſaue pro veris vel nō perfecta loquuti.
¶ Hinc pater omnipotēs aīos miſeratus inertes
Atq; imbecilles ſenſus ⁊ pectora tarda
Immēſum ęoo reſerauit ab ęthere lumen:
Progenieq; ſuam ſummo demiſit olympo.
¶ Hęc ſunt illa: q̄bus deus inſtaurare caducum
Naturę labētis opus: tentauit: ⁊ omni
Conatu ſtudio veteres auertere morbos
Ut patrias ſordes crimenq; aboleret auitū
Legit inauditū fatigenus: illita fuſo
Sanguine ⁊ ardēti liuētia verbere membra
Perfoſſumq; caput terebrataq; tp̄a duris
Sentibus. erexit miles romanus in altum
Aera: frigētes plantas proiectaq; longe
Brachia ⁊ humētes oculos ⁊ pectus apertū
Concretoſq; pio crines barbamq; cruore
Ingratę moriēs plębi monſtrabat ab alta
Arbore: ⁊ ingenti mortē clamore ciebat
Cuius ad interitū cępere elemēta moueri:
Sol gemuit nigroq; caput velauit amictu:
Cōtremuit tellus: timuit mare: palluit aer:
Et colliſa graui ſonuerūt marmora planctu.
¶ Hęc fuit atra dies ⁊ lamētabile tempus
Cum ſubito media tenebris in luce ſubortis
Lumen in horribilē fugit ſine nubibus vmbram:
Aurea cū vernus retineret vellere titan
Luna longinquę cōtraria ſidera librę.
¶ Hic eſt parta ſalus homi longęuaq; primę
Cū gemitu ⁊ lachrymis deleta iniuria culpę eſt.
Immemores tāti populus patreſq; laboris
Neglecto ſuperꝝ cultu ſpretoq; tonantis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Imperio: baccho indulgent venericq; miniſtrant:
Sacra ferũt auro: nummis altaria condunt.
Auro vina libãt: auro laquearia fulgent:
Scorta tegũt gẽmis: canibꝫ cõuiuia ponũt:
Sordet in exili virtus incognita veſte
Exuuijs inopum culti diteſq; rapinis
Succeſſu elati ſuperos Acherontaq; rident.
Propterea hoſtilis rabies inſurgit ⁊ ira
Corda micãt: maiora nouus fert prelia mauors:
Auſonie labẽtur opes: nam clauſtra liburne
Preteriens anguſta vie: ꝑ rura timaui
Qua ferus algẽti gotus deſcẽdit ab axe
Seu qua piceni ſuperꝝ mare littoris oras
Alluit epirꝝ dirimens ⁊ iapygis arua
Turcorꝝ ingentẽ ꝑuus vomet angulus vndam
Biſq; patẽs expertus iter magno agmine miles
Veloces aſcẽdit equos: ſonuere pharetre.
Cornipedũ crebris reſonãt hinnitibus aure
Vallibꝫ in medijs: ⁊ quadrupedãte tumultu
Auditur longe ſtrepitus clamorq; virorũ.
Sublati quotiẽs eſtu rapiẽte vapores
Alta petũt piceoq; tegat velamine celũ:
Et noua tempeſtas clauſiſq; ſonãtia ventis
Nubila ꝑ celi tractus voluũtur aptos:
Rugitu ingẽti reſonãs volat aere grando
Pulſa noto borea ve: tremũt cũ rupibus alpes:
Tũc fracta ſi nube fragor ſubit ima ꝓfunde
Vallis: ⁊ impulſu nemorꝝ ⁊ telluris opace
Vndiq; cõprehenſus fugit atq; repellitur aer:
Aerij montes clamãt: magnoq; boatu
Antra ſonãt: ſtygiũ dicas mugire baratrũ:

Horrida per campos ꝓcul exaudita pauētes
Corda ferit gelido ſtrages humana timore.
Tale ſonat longo populatrix agmine turba
Ore manu telo ꝗ minax ſitibūda ꝗ noſtri
Sanguinis irrūpit. ſcopuloſa ceraunia lugent.
Sylua vetus dodona timet gemuere moloſſi
Rura ſoli: tremit oīs ager: pauet adria pondus
Claſſis: ⁊ adductū peregrino remige martem.
Trās mare trās indos nabathea ꝗ regna nefandę
Gentis in exiliū rutilo volat Eurus ab ortu
Impiger: ⁊ firmę captat iam littora terrę:
Butroti iam culmen habet: ſummaſ ꝗ ꝑ arces
Dirrachȳ ſtridēs frondoſa cacumina curuat.
Uela ꝗ iam ſinuās proras ęrata ꝗ roſtra
Uertit in italiā: ſalit ęquor. ⁊ vnda carinas
Auſoniam ꝟſus ſenſim leuat: at ꝗ ſecundū
Spondet iter: culpāſ ꝗ moras neptunia doris
Per noctem ad nautas ita circū littora clamat:
¶ Tempora martigenę quid idonea ꝑditis. ite
Ite lares italos ⁊ fundamenta maloꝝ
Romuleas arces ⁊ pontificalia tecta
Colluuiem ſcelerū temerate fauentibꝫ auris.
Ite citi quādo aſtra vocāt quādo omnia mandāt
Numina: flāmanti mauors quid cogitet ore
Cernite. ſaturni facies infenſa latinis
Quid velit: at ꝗ iouem lętos nō ire per ignes
Suſpicite: ⁊ qua fata vocāt cōuertite proras;
Aetherę mētes quibus eſt tutela latinę
Gentis ab occulto bella hęc immiſſa videntes
Imperio patris ⁊ longa clade eſſe litandum
Imbelles hęrent: at ꝗ in ſua regna furorem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Ire ſinunt romaqȝ alio fugere relicta.
Lege noua veteres culpas abolere neceſſe eſt.
Ecce tarētinis vacuas in collibus vrbes
Et nudas cuſtode domos ⁊ littus inerme
Milite deſeruit dux parthenopeus abacto.
Etruſcas populata domos mō trās iuga pulſo
Marte ꝑ emileā ⁊ venetos bacchatur erynnis.
Nec vos immēſum dirimit mare: trāſitus vna
Nocte breuis cal abros turmas exponet in agros.
Vix ſpacio maiore fretū diffunditur iſtud
Quā quod adhuc fama notū eſt athamātidos helles
Et vada leandri crebro ſulcata natatu.
Ite quid ambigitis: vobis eſt debita tellus
Itala: qui phrygios domuiſtis ⁊ hellada: gentes
Oenotrie ducūt genus ab radicibus illis.
Quis pallanteū: veterem quis cōdidit albam?
Hoc opus enee: profugi fuit Arcadis illud.
Dardanius phrygia veniēs Antenor ab ida
Euganeis latam ſtatuit ſub collibus vrbem
Que ſupeſt triplicis ſedet munimine cincta
Par rhaſij piſas pubes ſpartana tarentum
Struxit: ⁊ imperiū Daunus partitus ⁊ agros
Cum diomede fuit cuius tenet inſula notū
Nomen adhuc: ſunt q̄ auſoniā de noīe dicant
Auſonij laertiade de ſanguine vlyſſis
Progeniti: q̄d ſurentū tyrrhenaqȝ dicam
Regna: quib lydi frater tyrrhenus ab agris
Meonijs aſie ſortes ⁊ fata ſecutus
Attulit ⁊ leges alias ⁊ nomina fixit.
Et phetontiades loca ꝑ montana ligyſtus
Errantes populos domuit: ligureſqȝ vocauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Sardoum tenuit littus ſatus hercule magno
Sardus: ⁊ a graiis Cyrni deſcendit origo:
Roma phrygū labor eſt. capanaqꝫ menia Manto
Filia dircei vatis: poſt condita tecta
Et clarij delubra dei comes addita lydis
Cum duce tyrrheno venetos annauit ad agros.
Tybur ab argolicis poſitū: locrenſibꝫ aiax
Auctor. ab argiuis volſci fundata Coracis
Oppida. quid ſcopulis ſegnes haeretis in iſtis:
Ueſtra nec aſpicitis ſeſe oſtentātia regna?
Arduus heſperio vobis garganus ab orbe
Oſtētat ſublime caput: cum mane colorat
Sol nouus oppoſitos eoa lampade montes.
Cernimus excelſas vmbris in rupibus arces
Piceniſqꝫ iugis albētia menia: clamat
Uos ab oliuiferis letiſſima collibus Ancon
Brachiaqꝫ in portus pandit ſinuata capaces
Amplexura rates ⁊ ſuſceptura benigno
Maumeti genus hoſpitio: fautrixqꝫ futura.
Gloria vos eterna manet: generoſa nepotes
Facta legēt. patrūqꝫ volēs exempla iuuētus
Magna ſequi pugna s animoſior ibit in omnes.
Et partas augebit opes: natoſqꝫ ꝑ artes
Ingenuas ducet ꝟtus audita parentum.
Sic viuet lōgeuus honos. ⁊ fama ſuperſtes
Per populos ibit late: Si troius heres
Iſta ꝑ iratum dijs aduerſantibus equor
Nauibus ammiſſis ⁊ milite cepit inermi
Arua: quid hec delecta manus cōgeſtaqꝫ claſſis
Feta armis animiſqꝫ ducū, numeroqꝫ viroꝝ
Moliri poterit: lango iam vincitis euo:

Necfugere a veſtris audet victoꝛia caſtris.
Uos immane genus Thꝛacas ꝛ marte ſupbos
Nubigenas ſęuoqꝫ ſatas Iſione gentes
Atqꝫ plectronios lapithas viciſtis ꝛ omnem
Euboiam. Pelopiſqꝫ domos: altamqꝫ coꝛinthū
Euxinū pelagus veſtrū eſt: ꝛ lata ꝓpontis
Ioniūqꝫ fretum: lęto vos Adꝛia vultu
Nūc vocat: ꝛ fines tethys quę cingit etruſcos
Et minoꝛ eſt vobis audacia viribus: ite
Diuitias: Aurū. pecus ꝛ ſola pinguia vobis
Heſperqꝫ ſeruāt. iſtis aud ite potiri.
In vetitas nō itis opes. in veſtra venitis
Heredis nō hoſtis erunt: gnotria regna
Cū veſtrę ditionis erūt: modo poſſidet hoſtis
Auſoniam patiturqꝫ truces inuita tyrānos
Nocte dieqꝫ gemūt: vꝛbes durūqꝫ recuſant
Ferre iugum: populi tenſis ad ſidera palmis
Maturare rogant. ita ſe finire laboꝛes
Aerumnaſqꝫ putant: ꝛ libertate potiri:

Calamitatū liber Tertius

Talibꝰ Indomitas mentes ꝛ barbara coꝛda
Irrita dea ſęua maris. de littoꝛe claſſis
Soluitur: ꝛ noſtros venit euerſura penates.
Chaonię noſtris vicinę finibus alpes
Acclamāt ꝛ ſaxa cauis quę plurima pēdent
Rupibus acceptas confuſo murmure voces
Cōglomerāt: nec clara ſinūt reſpōdeat echo.
Magnus apud manes itala de gente coacto
Agmine pompeius rogat ad ſua męnia mitti
Italię laturus opem: ſub pectoꝛe foꝛti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Viuit adhuc patrię pietas: ſtimulatq; ſepultū
Libertatis amor. pondus mortale necari
Si potuit: veteres aio poſt funera vires
Manſere: ⁊ priſci viuit nō immemor ęui
Sollicituſq; hiſdem curis: quę Romulus ęuo
Grandior his acuit dictis: I Magne meorū
Immortalis honos ⁊ gloria ſumma nepotū
I cōmune bonū ſerua: qm̄ hęc tibi ſemper
Cura fuit: totum pietas tua nota ꝑ orbem
Imperio dignū noſtrę te fecerat vrbis:
Cęlo aliter viſum eſt: cęlū culpare quis audet:
I patriū defende ſolum: qm̄ itala virtus
Vſq; adeo cecidit. qm̄ germania quondā
Armipotēs: nūc lenta iacet: nec cęſaris vllū
Audet opus cęſar: genus hoc ignobile gentis
Barbaricę: procul auſonijs a finibus arce
Te pontus: te nouit arabs: te gręcia ⁊ omne
Aegeum, ioniūq; fretum: te punica tellus:
Tyrrhenū magnis equitaſti claſſibꝰ ęquor.
Te ligur, alpineq; niues te ſenſit iberus
Galliaq;: et latis ingens germania campis
Per freta ꝑ campos victricia ſigna tuliſti:
Regna: vrbes: maria: ⁊ terras fęlicibꝰ armis
Calcaſti: totuſq; tuos miratus honores
Orbis: vt indigno raptū te vulnere, nouit
Ingemuit: fleuere arabes: fleuere ſabęi.
Indus: ⁊ extremi flerūt tua funera ſeres:
I. decus Auſonię: regno ſuppone cadenti
Ingentes humeros. ⁊ fortia pectora tantis
Fluctibꝰ opponas. magnęteq; obijce clavi:
Cōmunes tutare domos: cōmunia ſerua

Regna mea fundata manu: ſentētia fratri
Iſta remo ſedet: id Curij decijq; ꝑcantur
Id numa cęlicolū cultor. ſanctiq; catones
Id populus patreſq; rogāt: ne deſpice gentē
Nate tuā: viden vt campis tam multa virorū
Milia pręſtantū generoſis frontib⁹ errent
Elyſijs: te nemo tamē pręſtantior ore
Non aīo melior nec ad horrida promptior arma.
Te externi noſtriq; duces venerātur: ⁊ ipſe
Depoſitis odij cauſis liuore ſepulto
Te pręfert Cęſar: ſe maiorem eq; fatetur.
Quādoquidē pietas ⁊ neſcia rumpere leges
Dignior eſt ſceptro ⁊ regni diademate ꝟtus:
Hac p̄ce motus erat: mentēq; mouebat ad artes
Antiquas artes belli martiſq; laborem:
Cum pater eloquij culto ſic Tullius ore
Flexit ab inceptis aīos. cętumq; reſoluit.
¶ Magne pater noſtri generis: tuq; optime ciuis
Optime dux. patrięq; ingens pietatis amator
Quē ciues colui añ alios dum vita manebat.
Ferre vrbi auxiliū fruſtra meditamur: olympi
Ipſe pater qui regna tenet q̃ fulmina torquet
Sic ſtatuit: ſcelus hanc hoīm ſibi ſuſcitat iram
Diuiſę excitis ſe ſeditionibus vrbes
Auſonię lacerant: vna intra męnia liuor
Ambitio nūmiq; ſitis corrumpere mores
Ut cępere pios nulla eſt reuerentia recti:
Nulla quies armis. nulluſq; ſalutifer vrbi
Ciuis: opes patrię rapiūt: ęraria nudāt.
Et cōmune bonū in ꝓprios elabitur vſus.
Hę praue viuēdi artes: hęc peſſima morū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Colluuies nobis latum qui reximꝰ orbem
Abſtulit imperiū: romāqꝫ aliena coegit
Jura pati: ſeruiret adhuc: niſi prouida Narſis
Cura redimiſſet pulſo capitolia gotto:
Que rapuit patres eadē fortuna nepotes
Inſequitur. viret ęterna ſors aſpera fronde.
Proſpera brumales pluuias ⁊ frigora ſentit
Aſtraqꝫ debilibꝰ non fert ardentia ramis:
Atqꝫ oīs timet incurſus: ęuoqꝫ ſeneſcit
Sponte ſua. cū fixa manēs ſtabiliſqꝫ putatur
Occidit extemplo. fugitqꝫ infida repente.
Sorte ſua vtantur: lex eſt deus omnibus ęqua:
Omne qđ a ſuperis bellū eſt reuocabile nō eſt.
Sed neqꝫ rex erebi quenqꝫ trānare paludem
Nec ſuperis iteꝝ reddi ſinit. eſt pia que te
Romule cura mouet ſed ſubdita legibꝰ orci.
Nos iſtis ęterna ligāt ergaſtula campis:
Nec licet ad patriū limen cęlūqꝫ reuerti:
Fęlices animę ſedem quibꝰ ętheris alti
Juppiter indulget. poſſunt ea fata mouere
Nos orbis quoddā domini ſeruimus auerno.
Fata regūt illę: terrenaqꝫ regna gubernāt:
Verte alio mentem: nec nos ea cura fatiget
Sit ſatis exilio nobis leuiore teneri:
His animę dictis cętu ſiluere relicto.
Interea noſtras odijs flagrantibus vrbes
Exercent furię: per rura: per oppida ſęuit
Martis opus: petriqꝫ domus polluta fluenti
Marceſcit luxu nulla hic arcana reuelo
Nō ignota loquor: liceat vulgata referre
Sic vrbes populiqꝫ ferūt. hic rumor ab auſtro

Cimerios vltra latices per opaca ſilentis
Clauſtra vię: ſale cõcreto qua plurima creſcit
Stiria frigẽtes ſcythię penetrauit in agros.
Uenit ab herculeis ꝑ iberum gadibus ęquor
Qua ſubit excelſam tethys interflua calpen
Ad vada gangaridũ: magno q̇ proxima gangę
Rura tenẽt: gẽmaſq; legũt: ea fama ꝑ omnem
Jam vetus Europam mores extirpat honeſtos.
Sanctus ager ſcurris: venerabilis ara cinędis
Seruit: honorãdę diuũ gamimedibꝫ ędes.
Quid miramur opes recidiuaq; ſurgere tecta?
Turis odorati globulos ⁊ cinnama vendit
Mollis arabs: tyrij veſtes ⁊ muricis imbrem
Indus ebur: croceũ cilices ⁊ Tmolus odorem
Mel ſiculi: ferrũ chalybes: tenuiſſima ſeres
Uellera: cretenſes molliſſima vina: tanager
Pernices mercatur equos: venalia nobis
Templa ſacerdotes. altaria. ſacra. coronę
Ignes. tura. preces. cęlũ eſt venale. deuſq;
Xiſte pater fidei cuſtos ouiũq; magiſter
Quas bonus effuſo moriẽs in ſanguine paſtor
Abluit: ętatis damnoſa licẽtia noſtrę
Quam veteꝝ ſemꝑ creſcens incuria patrũ
Et ſceleri pandens aditum moreſq; ſeueros
Auerſata parit tua ſentiat arma: coherce
Hanc vitem: ancipiti ramos ꝑme falce vagãtes
Nãq; feros fructꝰ ⁊ triſtem frugibꝫ vmbram
Fert inculta: iacẽs cererem necat: occupat agrũ.
Mille ſub his latebrę folijs: ⁊ mille rapaces
Hac habitãt ſub fronde ferę: vulpeſq;: lupiq;
Mitiaq; inuadunt laniãtq; aĩalia paſſim.

Sic cicurũ genus omne perit. ꝑ ouilia regnãt
Sęuus aper: tigres rapidę: truculenta leonum
Femina: multicolor Pardus: gryps naribꝫ vncis
Et varię panthera cutis: grauis vnguibꝫ vrſa.
In genus hoc pater arma moue: ſua paſcua redde
Fęcũdis ouibus: ſtent ad pręſepia tauri
Qui ſignata iugis lõgoq; attrita labore
Colla gerũt: poſtq̃ rerum te Roma potentem
Fecit. ⁊ obſcuro iubar hoc reſplenduit orbi:
Exanimis ꝟtus ſcelerũ ſub mole ſepulta
Reſpirare parũ viſa eſt ⁊ tollere frontem:
Et niſi tot vitijs hęc ſecula noſtra fuiſſent
Deprauata: boni poterãt rectoris habenę
Errãtes frenare rotas. ſed tãtus equoꝝ
Impetus aurigam ſuperat. fruſtraq; retractãs
Lora gubernator ſine lege ꝑ inuia fertur.
Propterea ſortem doleo mitiſſime patrũ
Xiſte tuã: fueras annis melioribꝫ aptus.
Eſt tibi quę tãto ſatis eſt in pͥncipe virtus.
Sed velut obſcuris phębi ſub nubibus ardor
Languet: et vmbra diem piceę caliginis aufert
Sic tua corrupti vitio clementia ſęcli
Obſcuratur: eunt peſſum pietaſq; fideſq;
Lerna palus terra eſt: vitioꝝ exercitus hydra
Alcides nuſquã eſt: ardentem ſęua chimęram
Monſtra tenẽt nec adeſt Glauci caſtiſſima ꝓles
Candida gorgonei capitis coma fluxit in angues:
Et neq; mercurij proſunt nec palladis arma.
Dedaleis incluſa vijs minoia monſtra
Paſſim habitãt crebris vteꝝ quę cędibꝫ augent
Nec potis eſt multa ingluuiẽ ſaturare rapina.

Necruperat theſea manus. per tecta ꝑ aulas
Harpyę funeſta lues fluxuqꝫ fameqꝫ
Infeſtę volitāt. boreę genus omne receſſit
Syrenes redeunt ⁊ phębi filia circe
Quę placidos hoīm ferali carmine vultus
Vertit in immites formas ⁊ in ora ferarū.
Plurima ſunt nobis ſancti veſtigia ſęcli
Et gentis monumēta pię: ſunt ardua templa
Sunt ſacris cōgeſta patꝝ ſancta oſſa ſepulcris.
Eſt fidei caput. eſt veri latria tonātis.
Iſta ſed heſperidū velut aurea mala dracones
Cerulei ſeruāt: res deteſtāda nec vllis
Flenda ſatis lachrymis. nec me cōuiciā. quiſquā
Texere cauſetur mordaxqꝫ excudere carmen:
Hęc ſunt ꝓ ſanctis gemitus lamenta dolores
Moribꝫ ⁊ ſuperū pro maieſtate querelę.
Iſta mouēt ſuperos: vocat hoc ſcelus ęthere ab alto
Bella famem ⁊ diri genus inſuperabile morbi
Heu ſortem gregis aduerſam ſiduſqꝫ malignū
Quom cuſtode caret. cū fracto vimine ſepes
Nocturnos aditu fures admittit aperto
Pręſertim cū dura fames ieiuna luporum
Inteſtina p̃mit rabidiqꝫ mapalia luſtrāt.
Pręda ſumus: fracto ferimur temone per altum:
Qua furit ębalię violētior ira malęae.
Nūc vada latrātis ſcyllę nūc ora charybdis
Radimus: ⁊ libycas rapido nūc ęquoris ęſtu
Pellimur in ſyrtes. nūc ꝑ tua ſaxa Caphareu.
Pulſa dies tenebris: nubes Erimātidon vrſam
Abſtulit: iudiciū cęli magneta l atentis
Perdidimus: tumet in mōtes: ⁊ lapſa remugit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Doris harenoſi ſaliūt ad ſidera fluctus:
Aduerſeqꝫ vndis vndę: cōtrarius euro
Flat zephyrus: boreas auſtro: ſubuerſa dehiſcūt
Aequora ⁊ inter ſe ſpumis albentia pugnā.
Vicini trepidāt agri: pulſata reclamāt
Littora vixqꝫ obſtāt colliſa rebellibus vndis:
¶ Ah miſerę quę nūc inter cunabula matres
Paruula ſecuro nutricis pignora lacte.
Quot tepidi erumpēt oculis turgentibꝫ imbres
Quot gemebūda premet feſſus ſuſpiria pulmo
Meſta quot attractis ſalient ſingultibꝫ ora
Quom tepido dulces rapiētur ab vbere nati:
Atqꝫ viris ipſo cęſis in limine veſtrę
Diripien tur opes: ſparſis cū crinibꝫ ipſę
Pręda eritis: manibꝫ vinctis hoſtile ꝑ agmen
Ibitis attonito proſtrata cadauera greſſu
Calcātes laceraſqꝫ comas atqꝫ ora cruenta
Veſtroꝝ ſeu natoꝝ ſeu forte parentum
Atqꝫ pio late ſtagnātes ſanguine campos.
¶ Summe pater cęli ſaltem cui regia paret
Singultus audi inſontes fletuqꝫ pioꝝ
Flectere. crudeles gladij ſaturandaqꝫ cęde
Spicula p̄mores populi: fronteſqꝫ ſuperbas
Oraqꝫ blaſphemo feriant inflata tumore:
Parce rudi populo maiorū exempla ſequenti.
Imbellemqꝫ manū ſalua. qui cętera ſaluas.
Quid meruere greges: paſtoꝝ incuria damno eſt
Cerne laborantē freta ꝑ ſalientia cymbam:
Et miſeris fer opem nautis: pontūqꝫ furētem
Sterne: ſuis manda ventos liget Eolus antris.
Fatales ꝓperant anni: nouieſqꝫ voluta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Fert alias leges centeno machina curſu.
Nec deus has labi ęrūnas ꝑhibebit ab aſtris.
Tempus adeſt qđ iam venturū pręſcia vatum
Pectora: fatidicę quod predixere ſibyllę.
Corripite arma viri. dextris leuaſqȝ reflexis
Inſertate manus clypeis: deus odit inertes.
Ecce procul denſo nigreſcit puluere cęlū.
Sublatiqȝ leues nymbi tollūtur .harenę.
Accipient fuſcę cędis caua flumina riuos
Rubraqȝ pampineos mutabitur vnda liquores
Nō igitur fruſtra diros ardere cometas
Vidimus ⁊ medio phębū palleſcere cęlo
Defectūqȝ pati. nigraqȝ in veſte ſororem
Inter nocturnos ignes incedere męſtam.
Tempus erit parcis celeres glomerātibꝰ annos
Quom mediijs foſſor campis tellure ſubacta
Inueniet conoſqȝ truces ⁊ nuda virorū
Oſſa graueſqȝ ſolo galeas enſeſqȝ ſepultos
Armaqȝ noſtra ſuo nō cōuenientia ſęclo.
Atqȝ immutatos rerū mirabitur vſus.
¶ Nec ꝑperant: dictūqȝ fides nō ſera ſequetur.
Sed ſteriles gelidęqȝ aīę quas imbre m: eggra
Lethęo aſpergēs requie ſopiuit inerti
Cōtemnūt: tepidoqȝ trahūt ſecura cubili
Ocia tractātes lautis cōuiuia menſis.
Nubila mens hoīm ſortiſqȝ ignara futurę.
Terretur vanis ⁊ vera pericula ridet
Nō tñ iſta minꝰ ꝑperāt: icredula pęnas
Turba dabit: curiſqȝ breui tabeſcet amaris.
At ſi tātus amor ſuperꝝ ſi tāta moueret
Corda virꝝ pietas: ſtudiis ſi talibꝰ artes
Ingenuas colerēt hoīes: nec iacta perirēt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Semina: nec litui ſtreperēt: nec claſſica cantu
Terribili: nec dira lues p̄cideret annos.
Nā licet obſequijs opifer lucētia mundi
Aſtra ſuis aptās ſemen cauſaſqȝ malorū
Ignibꝫ ethereis dederit celoqȝ volanti:
Ipſe tamē liber nulloqȝ cohercitus aſtro
Vultqȝ poteſtqȝ pijs p̄cibꝫ votiſqȝ ſuoꝝ
Annuere: ⁊ celi flāmas cohibere nocētes.
Aſpice magnanimū bellatorēqȝ ducemqȝ
Qui ꝓmiſſa ſuū genus introduxit in arua:
Et facilē cognoſce deū: miſeriſqȝ fauentem
Caſibꝫ: ⁊ noſtra ſupeꝝ p̄ce numina flecti.
Barbara gens populū reducē ꝓhibebat ab agro
Pollicito: cōtra ſumptis dux impiger armis
Caſtra mouēs hoſtes ingēti ſtrage fugatos
Preſſit: ⁊ infeſto turbas dum cederet enſe
Iā nox atra caput velata nigrātibꝫ vmbris
Pallētes vrgebat equos: lentūqȝ ſoporem
In terras biiugo ſecum temone vehebat
Ne tenebris decepta manꝰ victoris ab ictu
Cedeqȝ ceſſaret ſolymis vt gloria maior
Eſſet ⁊ euulſa generis radice ſuperbi
Libera pacificis habitarēt agmina campis.
Vota p̄ceſqȝ ducis deus audijt: atqȝ volātis
Ipſe manꝰ phebi volucrūqȝ retraxit equoꝝ
Lora pater pluresqȝ diem ꝓduxit in horas:
Vincēdiqȝ moras dedit: ⁊ comes iuit in arma
Sol ſtupuit: fixoqȝ diu reſplēduit orbe.
Cetera que celi dn̄m Titana ſequūtur
Ordinibꝫ certis ſua ne interualla vetuſqȝ
Sidera mutarēt iter. ⁊ ne curreret orbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Ordine turbato: cumus traxere citatos.
Et iuga frenatis ſubito tenure quadrigis
Solis ad exẽplar: regemqꝫ imitata quierũt.
Uraniȩ dulci ſeptem diſcrimina cantu
Quȩ regit immoto vocẽ cõpreſſit olympo.
Sic pater edixit: ſic dij fecere minores
Sireneſqꝫ octo: quibꝰ eſt data cura mouendi
Immortale dei templũ bis quattuor orbes:
Ipſe arcem ſuꝑ excelſam ſuꝑ ardua mũdi
Culmina qua roſeum ſurgẽs aurora colorẽ
Explicat ȩterno patrẽ modulamine laudunt:
Cunctaqꝫ diſtinctis aptãt mortalia fatis.
Humanis igitur ſi initia numina rebus
Cernimus antiquos tantũ curaſſe labores
Ut tardata polis mũdi mirantibꝰ aſtra
Paruerint homini: credo ſi neſcia labis
Totaqꝫ ſub magni imperiũ collecta tonãtis
Semꝑ noſtra pijs pareret legibus ȩtas
Sollicito terrore carens fȩlicibus armis
Mortales agerẽt ſub dijs cuſtodibus ȩuũ
Noſtraqꝫ nõ nymbo metuẽs nõ miſſa ꝑ auras
Ardẽti iouis arma manu: nõ torua furẽtis
Ora noti: libycũ ſpumãs quibꝰ ȩquor in altũ
Tollitur: ⁊ campis verſa linquẽtibus vnda
Serpit in auſoniã tyrrhenaqꝫ littora pulſat
Sed neqꝫ tecta timẽs cȩco ſub gurgite ſaxa
Nõ vada nõ ſcopulos turcoꝝ a littore victrix
Fȩtaqꝫ multiplici remearet fȩnore claſſis.
Qua ꝑce placari quo poſſint munere flecti
Numina caſtalides oſtẽdite: numina vobis
Cognita terrigenũ miſerȩ ſuccurrite ſorti.

Dum precor Uranię cui ſidera nota deūq;
Tecta: ſuꝑcilio ſic eſt effata ſereno.
Corpora ſiderei ſicut mortalia cęli
Imperio ſubſunt ⁊ nulla rebellib⁹ armis
Bella audēt. ſeq̄tur magnes erimātidos aſtrū
Et quo luna iubet fugit atq; reuertitur vnda.
Tempꝑa ſol variat: ſic mens ęterna parenti
Iuſticiā ſanctos mores ⁊ laudis honorem
Perpetuū debet. ſunt hęc gratiſſima cęlo
Orgia ⁊ infeſtis obſtare potētia fatis
Sed poſtq̄ꝫ liquit terras aſtrea nocentes
Fugit ⁊ ipſe hoīm leges qui condidit ordo.
Temporeq; ex illo ſummi reuerētia patris
Sanctoq; diuini ruit obſeruātia cultus.
Hi quoq; qui nomē de relligione ſuꝑbum
Uſurpant q̄q̄ꝫ ſanctis a patribus ortos
Se iactent: ouium molli ſub vellere fraudes
Mente lycaonias ſeruāt ⁊ crimine ſordent
Quod ſpēm ꝟtutis habēs ſcelus om̄e colorat:
Nec tm̄ his maculis: ſordēt pecus omne: magiſter
Ne pereat quędā ſibi ſeruat ouilia ſemen.
Qui prece ſollicitāt ſup e ros multoq; ꝑ omnis
Ture litant aras veniam pacemq; p̄cantes.
Inuiſi ſuperis fędaq; libidine olentes
Heu fruſtra inceſtis iterāt ſacra orgia dextris.
Polluti circum quotiēs altaria vultus
Cōueniunt celebrātq; choros ⁊ carmine mixto
Sancta deum vanis penetralia vocib⁹ implent
Irritāt iraſq; mouent nō numina flectunt.
Hac prece nil opus eſt: nil adiutorib⁹ iſtis
Auxilij ſperate: nouis date templa miniſtris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Sacrilegū genus ex adytis templiſqꝫ deoꝝ
Pellite. nec longos ſcelera hęc vertantur in vſus
Quid? ſolymos ritus q̄d montibꝰ ęmula templa
Aequatāqꝫ iugis molem lōgumqꝫ p ęuum
Limina ſolēni latę celeberrima cultu
Antiquaſqꝫ dei ſedes cum mœnibus altis
Eruit: ꝛ pulcram eximis radicibꝰ vrbem?
Sacrificę gentis ſcelus ꝛ contagia paſſim
In patrias plapſa domos mouere tonātem
Qui romana vocās ad opes ꝛ regna ſuoꝝ
Caſtra ſecūdabat curſus claſſemqꝫ regebat
Auſoniā: ſtimuloſqꝫ animis addebat ꝛ ignes.
Ipſe acies inter tenui circūdatus aura
Verſabatur agēs animoſam in p̄lia gentem
Oppugnanſqꝫ altas arces. ſcelerata ruebat
Mœnia: cęlicolū poſt longa ſilentia tandem
Euigilās furor imperijs regniſqꝫ ruinam
Ingerit: ꝛ celeri peſſum trahit om̄ia cęde.
Sicut in antiquas flāmas volitātibꝰ ędes
Quom ſeuit vulcanus. eunt laquearia iunctis
Cū trabibꝰ tabulęqꝫ leues: atqꝫ ardua tecta
In cineres: lōgoſqꝫ rapit breuis hora labores.
Si robuſta fides ſi ſpes immobilis: ardens
Si pietas ſenis ꝛ vitio inuiolabile pectus
Afforet ignicolor quē lapſus ab ęthere currus
Suſtulit in phębi ſiluas atqꝫ ardua templa
Ferret opem. poſſetqꝫ inſtāt auertere fatum.
Ipſe ſacerdotes phytonia pectora falſos
Abſtulit: ꝛ lōgo campis arcentibꝰ ęſtu
Elicuit largū ſubitis de nubibꝰ imbrem
Traxit ꝛ ętherios ſuperis ex orbibus ignes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Et noua circūdans liquidis altaria riuis
Quū boue mactato rutilās ſuperincidit ardor
Et cum dura ferēs regis mādata ſuperbi
Attonitus ſenſit flagrātia fulgura miles.
Hic antiqua tue iecit primordia gentis
Nāqꝫ rudem tunicā tetre fuliginis inſtar
Cui ſimplex experſqꝫ artis natura colorem
Fecerat induitur ꝑ ſecula cuncta nepotū
Progenies iuſſit ſimilē geſtaret amictum
Jncola carmeli ꝓmus fuit: ipſe pudoris
Uirginei princeps ꝛ vite celebis auctor
Jpſe ſue ſanctos vrbes ꝛ menia patres
Linquere: ꝛ in tacitis ſeruare ſilentia campis
Exemplo docuit: ſolus nāqꝫ ipſe ꝑ vmbras
Errabat nemorꝫ pomis cōtentus ꝛ vnda
Gramen ei ꝓ melle fuit ꝓ nectare lympha.
Sed felix nūc arua colit ridentia ſupra
Frigoris aerij ꝛ lapidoſe grandinis oram.
Jlle licet gemina vertex eſtate quotannis
Sudet ꝛ a nobis cū ſol declinat in auſtros
At cū littore i petit humida bracchia cancri
Scilicet equali libre phryxiqꝫ ſub aſtro
Depreſſo quoniā multū telluris ab orbe
Tollitur. infeſtis nunꝙ tamē ignibꝫ ardet
Purpureos ſemꝑ flores ſpirantibꝫ auris
Ora tepens ſemꝑ. violas ꝛ candida ſemꝑ
Lilia fert: breuibuſqꝫ dies abſcōditur vmbris
Quattuor ex iſtis labētia flumina campis
Lata rigant aſie ripis in gentibꝫ arua
Sunt rigui fontes: vitreos nitentia riuos
Prata bibāt terſus ſemꝑ ſine nubibus aer

Nec quatitur ventis nec rauca tonitrua frãgit
Brachia pomiferę curuãt redolẽtia ſiluę
Pendulaqꝫ electri gratũ induit vua colorem
Collibꝰ in paruis vbi paulũ iugera ſurgũt
Perpetuas ramis fęcũda feracibꝰ arbor
Semꝑ habet fruges. q̊bus ⁊ cõtemnere fatũ
Poſſis ⁊ expertem morbi ſeruare iuuẽtam.
Nulla patet curis illuc via: nulla dolori
Nulla neci: colit iſta ſenex loca ſancta beatus
Atqꝫ ſub occaſum mundi rediturus in orbem
Nõ timet interea ꝑce ne ſtamina rumpãt;
Hoc ſene nũc opus eſt. ⁊ te mitiſſime vatum
Cuius ad ingreſſum rubri ſalis vnda receſſit
In geminas rupes: patuit maris alueus ingens
Prętereũte duce ⁊ populo ꝑ cõcaua regna
Neptuni: timuit triton. ſonuere cauernę
Delphines curui ⁊ phocę fugere natantes
Subqꝫ imas ęgit ꝓtheus pecus om̃e latebras;
Si deus hos noſtro miſerãs cõcederet ęuo
Dura inter vapidos parerẽtur iurgia patres
Uſqꝫ adeo inuiſa eſt ꝓbitas odioſaqꝫ v̓tus
Tꝑe nãqꝫ iſto vitio datur eſſe pudicum
Eſt ſcelus eſſe piũ. ſęcli hęc eſt gloria noſtri.
Parce igitur ꝓ gente tua tabeſcere vates
Pone preces: ambire deos ⁊ ſidera noli
Qđ celũ ſuperiqꝫ ferũt mutabile nõ eſt:
Dixerat vranię cũ theſpias altera vocem
Extulit ⁊ tales eſt orſa polymnia cantus.
Hic iuuat antiquã cladem veterũqꝫ dierum
Fata recenſere ⁊ p̃męuę gentis ab ortu
Illuuiem repetẽs miſſos trãs littora fluctus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Ignotoſqꝫ prius nymbos ⁊ nubila dicam?
Scilicet vt memores iuſto ſub iudice veſtros
Ire dies certaſqꝫ ſequi poſt crimina pęnas
Cautius ambiguę curſus ⁊ euntia vitę
Tempora curētur nec inerti preſſa veterno
Mens hebeat: ſed ꝓmpta graues ſuꝑeuolat artus
Venturāqꝫ timens cladem vicinaqꝫ fata
Nobiliū turpi rerum ne ſe inquinet vſu
Sed ſolum videat patrē ⁊ reuerēter adoret
Qui ſedet ⁊ ſtabilis ſolo mouet oīa nutu.
Cū pater oceano ſceleratā perdere gentem
Vellet: ad imbriferos errantia ſidera piſces
Duxit ⁊ officijs aptauit triſtibus aſtra
Sed tn̄ ante rudes turbas ⁊ barbara regna
Quā ſubitis deleret aquis ꝑmiſit in orbem
Fatidicum vatem qui crimina longa piari
Poſſe: libidinib⁹ ſi noxia parceret ętas
Inſtanteſqꝫ iras caneret clademqꝫ futurā.
Interea diuū monitu contexere vaſtum
Inſtat mōtis opus cępit: quo clauderet omne
Quadrupedū volucrūqꝫ genus ſtirpemqꝫ nepotū
Formabatqꝫ ratem magnis ſuꝑ ęquor ituram
Motibus ⁊ grandi preſſurā nerea mole
Clarus adhuc radijs phębi lucentibus ęther
Splēdebat quū ligna faber cęſamqꝫ pararet
Materiam: nondū tellus cognouerat imbres
Sed creſcētis adhuc poſt ꝑma exordia mūdi
Terra patēs ꝓprioqꝫ madens humore ferebat
Omnia: prouētuqꝫ ſuos meliore colonos
Iugera paſcebāt: grauioraqꝫ ſemina culmos
Pomaqꝫ maiori curuabāt pondere ramos.

Tunc etiam virides aīalia tuta ꝑ agros
In longos ventura annos ęuūqꝫ ſenile
Gramina tondebāt. nōdum violata pruinis
Nec gelidas experta niues: ſed mitia veris
Tp̄a ⁊ aſſiduū placidiſſima frigora rorem.
Nōdum lampeties ithacis armenta colonis
Obfuerāt: nec fixa veru verſauerat exta
Gerionę nondū fuerant magalia: necdum
Raptor auentinos maculârat ſanguine colles
Impia nec cęſis viuebant ſęcula bobus.
Tūc igitur populi indociles ignara deū gens
Mirantes ratis immēſam cōſurgere molem
Conſiliū ſpreuere viri: nec dicta putarūt
Digna fide: ⁊ sanctū ſenis irriſere furorem.
Ecce niger piceis velatur nubibus aer
Et phębi lux alma diem diffundit opacam
Jam cęlū inſolitis reboat mugitib⁹: ingens
Nymbus adeſt: fugere ferę fugere volucres
Flumina certatim tumidis nereides vndis
Et freta tollebāt: nigro pallentia cęlo
Nubila cōglomerās pennis rorātibus auſter
Aethiopes libyamqꝫ ſuꝑ ſtridēte volatu
Ibat: ⁊ excuſſis ardebant ignibus aurę
Eolię tremit omne ſolū: furit ęolus: antra
Fracta ſonāt: factoqꝫ volāt ꝓcul agmine venti.
Cōtremuere vrbes: triſtes ꝑ rura coloni
Cogere ab imbre greges: ſtabulis armenta tueri
Dum ꝓperāt: creſcētis aquę lata ęquora curſus
Impediūt: fruſtra pecudes ballatib⁹ agnos
Sollicitāt: fruſtraqꝫ vocāt ſua ꝑua capellę
Pignora: cōuellunt frondoſa cacumina Lauri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Diripluūtqꝫ caſas: volitātqꝫ ꝑ aera culmi.
Attonitę matres ſtrictis ad pectora natis
Ardua tecta petūt: iuuenū robuſtior ętas
Annoſas ſcandūt quercus: fugiūtqꝫ repentes
Quod nulli fugiſſe datur: cōfuſa ꝑ vrbes
Infantū iuuenūqꝫ ſonāt lamenta: ſenūqꝫ
Itur in excelſas turres ⁊ ſumma domorū
Culmina: neptunus ſpumās vltricibꝰ vndis
Inſequitur miſeros. arctāt p̄ſentia fata.
Imbre madēt tunicę: porrectis crinibꝰ vnda
Liquitur: oceanū dicas ex ęthere labi
Et lachrymę miſcētur aquis: ad nubila fruſtra
Tollūtur cū voce manus. ſua numina quiſqꝫ
Clamat: in erectas borei violentia frontes
Nymboſo ſpuit ore tonās ⁊ ꝟba p̄cantum
Suffocat: ne forte dei referātur ad aures.
Iā qꝫ ſupꝑfuſum campos abſcōderat ęquor.
Nulla fugę ſupereſt: ſupereſt ſpes nulla ſalutis
Hęc vada nō greſſu nō ſunt tētanda natatu
Et iam mōtanis veniūt q̇ e fontibꝰ amnes
Et quę ꝑ campos latis vada cōcaua ripis
Magna mole fluūt gremio cōplexa capaci.
Vix tāto ſatis eſt oneri neptunia doris
Iam ſole extabāt excelſa cacumina quondā
Nūc humiles merſęqꝫ altis in fluctibꝰ alpes
Vtribꝰ innixi tabaliſqꝫ ad pectora tractis
Cōplexiqꝫ trabes hauſtū ſępe ore vomebāt
Oceanū. tandē victi oppugnātibus vndis
Ora ſub immēſos mergebāt pallida fluctus
Vallibꝰ ex imis ꝓfugos qui ſumma tenebāt
Culmina montanoſqꝫ apices. cū nerea ſemꝑ

Alta magis petere ꝛ plenis de nubibus imbres
Certatim ruere ꝛ iam mortē instare viderēt:
Penituit tandē: ſeraſqꝫ dedere gementes
Nequicq̄ꝫ lachrymas: ꝛ fallere numina votis
Conſueti: quū vota darēt ridebat olympus
Flumina nō norāt ripas nec littora fluctus
Aerię volucres (humore madentibus alis)
Pręcipiti caſu lapſę cum brachia multum
Jactaſſent pelago: fatū tandem ore trahebāt:
Fugerat in latices rhodope. magnuſqꝫ latebat
Apeninus aquis: nigro ſub gurgite ſummū
Preſſerat Oſſa caput: nō apparebat olympi
Altus apex: ipſis auibꝫ non peruius ante.
Tūc tamē ꝛ curuis ratibus (ſi forſitan illa
Aetas vſa fuit ratibꝫ) pecoriqꝫ marino
Peruius: ęquoreo quę nūq̄ꝫ tingitur imbre
Uicinis timuit mergi ſub fluctibꝫ vrſa.
Apta prius bello atqꝫ armis ꝑcera gigantum
Corpa cū paruis: turba cum paupere reges
Purpurei nabāt ſine maieſtate ſupinis
Pectoribꝫ: merſo ſub gurgite fęmina vultu
Diffuſiſqꝫ freto vittis ꝛ crinibus ibat.
Jnuoluit ſors vna oēs. diſcrimine nullo
Gryphes: equi dāmę atqꝫ canes ceruiqꝫ atqꝫ leones
Agna lupus ſimul errabāt: certamina litis
Mors dirimit: certāqꝫ dies parit vlt ima pacē.
Jāqꝫ hoies iāqꝫ vnda feras populata fluebat
Libera: nō ſcopuli toto nō inſula ponto
Nec cyprū venus alma videt nec delphica phębi
Templa: nec alcides thebas: nec cynthia delon.
Nec iuno ſua rura ſamon: nec gnoſia regna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Juppiter extincta fugit vulcanus ab ętna:
Quãuis claudus erat triuię vicina petiuit
Atria prępetibꝫ pennis celeriqꝫ volatu
Nec cupreſſiferã Cyllenen aſpicit hermes:
Nec tyberim mauors audax: tegit oĩa pontus.
Protheus ⁊ doris glaucus matura palemon
Cuncta tenet. pindi phocę videre cacumen.
Occiderat tellus: ignis neptunus ⁊ aer
Mũdus erat: cererẽ tethys amplexa premebat
Undiqꝫ neptunũ quartę reuerẽtia ſortis
Nõ metuit violare domũ Talamoſqꝫ ſororis
Herbiferę: tentare etiã iunonia regna
Nõ metuẽs auras ſpacio breuiore coegit;
At ratis omne vehẽs aĩal terreſtre ꝑ altum
Ibat: ⁊ obiecta dirimebat corpa prora
Atqꝫ vidẽs vtrũqꝫ polũ ſublimior ipſis
Nubibꝫ ęthereum ꝑiter qua caſus agebat
Nũc zephyros cõtra errabat: nũc ſolis ad ortus
Nũc auſtros nũc vſta petẽs aquilonibꝫ arua
Donec in armenię rupis delata cacumen
Jam retro labente mari veſtigia fixit.
Nam pater excelſa mundũ ſpeculat⁹ ab arce
Ut genus humanũ ſaluo vix ſemine vidit
Interijſſe: fretũ iuſſit ceſſare: nec vnqꝫ
Amplius Aegeon (dixit) montana reuiſe
Culmina: nec ſcyllę glaucus iũgetur in altis
Montibꝫ. extremę luſtrabũt cętera flãme
Cũ vetus ingenti tellus arſura camino
Abſorbebit aquã pelagi ſitiẽtis: ⁊ ipſos
Aerios montes campoꝝ ęquabit arenis.
Tũc altos mortale genus voluetur in ignes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Immẽſumꝗ dabit volitãs vaga flãma fragorẽ
Et fornace gemens mũdus fumabit eadem
Nec tñ hec phetontis erũt incendia: phebo
Que nolente crement orbem: tũc oĩa vires
Aſtra ſuas iurata dabũt: ⁊ noſtra faceſſent
Imperia. atqꝫ alias alio pro crimine penas
Gens humana luet: cinerem ſoluẽtur in atrũ
Que mare q̃ tellus: que corpa poſſidet aer
Nec tũc vlla virũ flãmas induſtria vincet:
Hec dicẽte deo: nubes fugere: notuſqꝫ
Occidit: ⁊ pulſus claris aquilonibꝰ auſter.
Iam taurus iuga tollebat deformia limo
Lentis ⁊ ex altis ſtillabat frondibꝰ humor
Semiſepulta inter cumulos humẽtis harene
Corpora ſiccabãt aure: paſſimqꝫ abeunte
Rupibꝰ in ſummis herebãt equore conche.
Iam claro rutilãs ardebat lumine phebus
Monſtrabatqꝫ ꝓcul diſcuſſis nubibus idem
Turribꝰ ex altis primũ titana videntem
Rypheas arces lycie ciliciũqꝫ ſuperbis
Aggeribꝰ frontes: Athon ⁊ rhodopeia ſaxa
Et caſias moles magniqꝫ cacumen olympi
Atqꝫ pyrheneos apices Atlantaqꝫ magnũ
Ex alta ſenior ſpecula caput extulit album
Telluremqꝫ vidẽs: ſalue ſanctiſſima dixit
Terra hoĩm pecudũqꝫ parẽs fecũdaqꝫ nutrix
Que frugũ genus oĩe paris q̃ vulnera tergo
Infinita pio pateris quo pignora paſcas.
Tu rapidos ignes elemẽtaqꝫ cetera fixo
Limite. tu celos ſicut grauis anchora puppes
Inconcuſſa tenes: pedibꝰ tua mitia noſtris

Pectora ſubſternis gaudēs: ⁊ męſta capaci
Membra ſinu defuncta foues: ſiccare tuamqꝫ
Accipe progeniem pelagi tot caſibꝰ actam
Longaqꝫ ꝑpeſſam anguſtis incōmoda tectis
Hęc ait: ⁊ preſſas valles ſpeculatus aquoſos
Vidit adhuc campos nebulaſqꝫ errare cadētes
Arua per ⁊ lento circum iuga ſerpere greſſu
Et ꝓno petere ima gradu zephyriſqꝫ fugari
Lenibꝰ: ⁊ ſenſum notis ſua flumina ripis
Reſtitui: ⁊ preſſos ſua littora quęrere fluctus.
Tum pater ingētes rupto ſibi limite portas
Oceanus fecit: ꝑ quas ire atqꝫ reuerti
Poſſet ⁊ imperio lunę labi atqꝫ relabi
Motibꝰ alternis mediaſqꝫ reuiſere terras
Tūc gelidi ſinus euxim tūc alta ꝓpontis
Joniūqꝫ ſatū: longis quod fluctibꝰ altum
Currit ad atlātem: ſolidis tum caſpia ripis
Colligere occultas cęperūt ęquora venas
Fluminaqꝫ ⁊ miſſos ſythicis de vallibꝰ amnes.
Tūc arabes inter cāpos Niliqꝫ lacunas
Se latę mare diffudit: tūc perſica doris
Eſt ingreſſa ſolū merces latura ꝑ indos.
Tum quoqꝫ meotis latam diffuſa paludem
Fecit ⁊ immēſo glacies indur uit orbe:
Deſpiciēs iterū ſublimibꝰ alta feneſtris.
Protulit ora ſenex ⁊ circum lumina vertēs
Acilijs pendēte manu dephendit Araxem
Finibus includit ꝓprijs: tigrumqꝫ volantem
Sic ratus euphratem ſic eſt ratus ire Niphatē
Sic rheno venetūqꝫ padum rhodanūqꝫ ararimqꝫ
Sic thermodontem dubijs e fontibꝰ ortum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Et latos hypanis latices biſaporis ꝛ iſtrum.
Sic vada iordanis ſic nili flumina ſeptem
Et ſua qui nigris dat noīa gentibus indum:
Immixtū qꝫ fretis ſolū qꝫ Boryſtenis amnem:
Tunc etiam nitido cęlos incedere vultu
Et phębi occaſum croceo ſplendore rubentem
Humentiſ qꝫ noti flatus ceſſaſſe nocentes
Cōtemplatus: habēt. dixit bella aſpera finem
Et tandem maris ꝛ cęli cecidere furores
Mox reſerata vidēs bipatentibꝫ hoſtia valuis
(Nāqꝫ deus limen qđ clauſerat ante: recluſit)
Omine frōdiferę lętus redituqꝫ columbę
Seruata cū plębe ſenex exiuit ꝛ agris
Reſtituit pecus. ꝛ nemori genus omne ferarū
Et leuibꝫ pen nis volucres abiere ꝑ auras;
Finierat tali reſpōſa polymnia cantu
Altera cū docti nutu ſoror annuit oris
Et placidā Clio ſurgēs extollere vocem
Cępit: ꝛ exemplū priſci memorabile dixit
His adiūge ſenis: qui marmore ꝑmus acuto
More ſacerdotū phrygię pudibūda Cybellis
Mēbra ſecās magno dedit orgia grata touāti
Ipſe pater ſauctę fidei pater ipſe timoris
Hūc habeāt tua ſęcla ducē: ſic flectere cęlū
Sic mutare deos poterūt ſic fata mouere.
Tu dea dic inquā: tuus hic labor. ipſa capaci
Mente tenes: vitęqꝫ memor monumēta ꝑoris
Cernis: ꝛ annales ęterno pectore ſeruas
Cunctaqꝫ ꝑteriti memorāda negocia ſęcli.
Tūc dea ꝟgineos oculos frontēqꝫ venuſtā
Mouit: ꝛ in cęlū verſis ita vultibꝫ orſa eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Da pater ingenijs lumen da cordibus aures
Et chaos humanis cęcū de mentibꝰ aufer
Oblitoſq; nouas ſordes laudata priorum
Facta ſequi patrūq; vias cōcede nepotes.
Mox ad me cōuerſa ſuoq; innixa ſedili
Talibꝰ hiſtoriā cępit percurrere dictis
Clara iacet tellus vltra Babylona ſuꝑbam
Quā veteres ideo veſtri dixere medānem
Qđ geminos inter late diffunditur amnes
Scilicet eufratem Tigrimq; e fontibꝰ ijſdem
Progenitos ⁊ mox diſiūctis flumina ripis
In duo diuiſos quoꝝ ſecat illud aeoas
Occiduas aliud ꝑtes: longoq; meatu
Per nigros arabū populos verſata rubētes
Ingrediūtur aquas: ⁊ ſe cum doride miſcēt.
Terra igitur fluuijs pͥus intercepta duobꝰ
Frugum terra ferax argēti diues ⁊ auri
Quę nimio neq; ſole calēs neq; frigoris ęſtu
Preſſa graui tepet: ęterno placidiſſima vere
Indiga lymphaꝝ tamē eſt: pauciſq; rigatur
Fontibꝰ: aſſiduo paſcūtur gramina rore
Nęc hoīm ſublime genus claroſq; viroꝝ
Fert aīos. diuū ſacris aptiſſima rebus
Pectora cęleſteſq; vias ⁊ ſidera doctos
Quos dixere magos: etiā per perſidis agros
Phenicūq; domos habitāt: ⁊ agenoris arua:
Hos antiqua tyrus nouit: piſcoſaq; ſidon.
Terra tum gemino pͥmū quę clauditur amne
Hos tulit: ⁊ pͥmos hoꝝ ſibi vendicat ortus
Hac igitur de gente ſatus gratiſſima cęlo
Progenies magniq; ſagax habramus olympi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Cognitor. errores varios damnauit ⁊ aras
Indigenę gentis: veras nāq; ipſe partes
Illapſuq; dei monitus diuerſa negauit
Numina: ſed ſolum ſumma cōfeſſus in arce
Eſſe patrē rerū artificem mūdiq; magiſtrū
Abſtulit ⁊ fati leges ⁊ inania iura
Fortunę caſuſq; leuis damnabile nomen.
Aeternoſq; docēs aīos: poſt funera dixit
In requiem ⁊ vitę patriā melioris ituros
Qui veriti numē maieſtatēq; tonātis
Clauſiſſent ſine labe dies ⁊ ſancta ſequuti
Quę generi dedit ipſe ſuo mādata fuiſſent.
Propterea falſis aſſuetę legibus vrbes
Ut noua tradentē populo mādata deoſq;
Tollentē mouere virum: cōmunia ſanctum
In ciuem vertere odia: infęſęq; fuerūt.
Qualis ſocraticę quondā gens attica voci
Id metuēs natale ſolū patriāq; reliquit
Regnaq; ſidonio petijt cōtermina ponto.
Rex erat aſſyrijs Ninus: atq; ſemiramis vxor
Extincti poſt fata viri victricibꝫ armis
Protulit imperij fines ꝑ bactra per indos.
Inachus argiuā paruo poſt tpe gentem
Rexit: ⁊ inachia cū iuppiter iſide captus.
Tūc atlas humero cęlū tulit: igne ꝓmetheus
Humanū madido formās in puluere corpus
Contigit: ⁊ venas vitalibꝫ imbuit auris
Nondū Roma ſuū Tiberim nec magna futurę
Troia parēs Romę Xanti cognouerat vndas.
At cum dura fames agros ⁊ męſta teneret
Regna paleſtinę mutata ſede petiuit

Nigligenas fęlixqꝫ ſolū quod pinguib⁹ vndis
Horrea centeno latiſſima fęnere complet.
Tūc rudis ęgyptus campos ⁊ dura colebat
Jugera nec cauſas rerū ſpeculata latentes
Nouerat ęterno currētia ſidera motu
Lanigeros curare greges caua cymbia dulci
Lacte coronare ⁊ mites nutrire iuuēcos
Tunc cōmunis erat labor. hoc ęgyptia pubes
Exercebat opes glebaſqꝫ domabat aratro.
Traxit ab his curis aīos habraamus: ⁊ altam
Suſpiciēs arcem mūdi Cognoſcite dixit
Aetherios ignes ⁊ nō mortalia magni
Templa patris ſanctiqꝫ opis ſanctiſſima ſigna
Artificemqꝫ deū qui ſidera calcat. ⁊ ipſam
Grandib⁹ infuſam mēbris cognoſcite mentem
Heu ſinite ęternos aīos aſſueſcere terrę
Lętariqꝫ luto ⁊ reb⁹ gaudere caducis.
Terra perit. pereūt vndę: mutabilis aer
Intereūt ignes. ſemꝑ durabile cęlum
Permanet: ⁊ noſtris animis habitacula ſeruat
Ob ſcelera ⁊ culpas hoīm: rituſqꝫ nefandos
Impia diffuſo perierūt ſęcula ponto
Ob ſcelera ⁊ culpas hoīm: rituſqꝫ nefandos
In cineres ibit tellus tenuemqꝫ fauillam.
In ſuperos eſtote pij. ſatis ampla feretis
Sacra deo templiſqꝫ ſuos reddetis honores
Quom ſine ſorde ꝑces ⁊ labe carentia vota
Offerte intactū maculis ⁊ crimine pectus
Juſticiam moreſqꝫ pios offerte: litari
His ſibi vult pater. infractus licet irruat orbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Virtutes animiqꝫ manēt: benefacta ſuperſunt
Semꝑ: ⁊ arbitrio deus oīa iudicat ęquo.
Viuite virtutū memores: virtutibus ęther
Scāditur: ⁊ ſummos quos cernitis itur ad orbes;
¶ Hęc populis p̃cepta ferēs habramus olympi
Explicuit curſus oīs: biſſenaqꝫ ſigna
Quę variāt nitidū ſtellati limitis orbem
Innixaſqꝫ fretis terras pontūqꝫ teneri
Aere ſublimęs ferri. circum aera flāmas
Aſtra ignes circum ſuꝑ ardua culmina mūdi
Aeternū regnare patr em ſceptrūqꝫ tenere.
His ſuꝑ addebat prolem poſt lōga futuram
Tꝑa quę renouet meliori ſęcula lege.
Rura petēs iterū ꝓli promiſſa futurę
In primis quos añ fame regnāte penates
Fugerat: argenti locuples remeauit ⁊ auri
Et cum rege loci ꝑcuſſo fędere greſſum
Cū ſorte thori ſeruorūqꝫ agmine magno
Fixit: ⁊ aſſyrios impleuit ouilibꝰ agros.
Tum primū cęleſte genus ſub imagine viſum
Creditur humana. quom forte ſub ilicis vmbra
Frigora captaret veniētia numina vidit.
Vnū qđ dulcem nati p̃diceret ortum
Et duo quę flāmis ruerēt cęleſtibꝰ vrbes
Infames vitijs vrbes ⁊ ſulfure dignas.
Et quoniā mater ven tura ſenilibꝰ annis
Pignora ſubriſit materni nomīa riſus
Induit auſpicijs oriens fęlicibꝰ infans.
Spes generis cęli ꝓles habitura fauorem
Et lougos viſura dies. magnāqꝫ datura
Progeniem. viſura deum viſura tonātis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Semina de ſeris exire nepotibus olim.
Pulcer ⁊ eximię diuino frontis honore
Prędītus: vndenos iā bis puer ęgerat annos
Quom deus habramo dedit hęc mādata fideli
I celer: vt noſtrę dulcem tua pignora riſum
Sacra feras aerę ſummi pete culmina montis
Compoſitiſqꝫ ſuꝑ truncis altaria: flāmas
Subijce: ⁊ arrepto nati pete guttura cultro:
Accenſoſqꝫ ſuꝑ ramos effunde cruorem:
Impiger oſtenſum chara cū prole cacumen
Struxit vbi celſam templi rex tercius arcem
Solus adit famulis vmbroſa in valle relictis:
Sępe patri dixit iuuenis. tibi culter ⁊ ignis
Uictima nulla tm̄: ſu ſpiria lōga paternū
Pectus agēs: noſtris (inquit) lectiſſima flāmis
Uictima mox aderit: lachrymęqꝫ ꝑ ora cadebāt.
Et iam multiplici ſtabat rogus arbore grādis
Subiectiſqꝫ nouę rutilabāt ignibus arę:
Quom pater ętherij reſerās mandata parētis
Talia vix preſſis nato ſingultib⁹ inquit.
Chare puer: dulcis vitę mihi dulcior annis
Quem mea clauſuꝝ ſperabā lumina. cuius
Auxilio leuiter ſenij graue pondus inertis
Laturus fu̾ram: mea ſpes mea nate voluptas
Ob decus egregium formę teneráqꝫ iuuentam
Ingeniūqꝫ pium. ſacriſqꝫ accōmoda rebus
Corde videbaris longo digniſſimus ęuo.
At ſecus eſt cęlo viſum ſummoqꝫ tonāti
Sicut mira tibi fuit ⁊ cęleſtis origo:
Sic memorāda tuū renouat miracula funus:
Sanctaqꝫ fęlici mors nō diſcordat ab ortu

Non morbo ſenio ve cadis: non occidis hoſte.
Hoſtia celitibus fies: manibuſqꝫ paternis
Mite feres mortis genus hoc: inuita tremēſqꝫ
Triſtibꝰ officijs accedit dextra: pauetqꝫ
Pectus: ⁊ immotis frigēt precordia fibris:
Sed ſuperꝝ mādata ſequi: ⁊ parere neceſſe eſt
Nec te dura breuis moueat ſentētia fati:
Quādo tibi melior dabitur vita ethere in alto.
Hec pater illachrymās charaqꝫ in imagine nati
Lumina defixus minuebat voce dolorem.
Filius hec cōtra: pater hec ſuſpiria pone:
Pone pater fletū: ſi quicqꝫ fata doloris:
Funera ſi qđ habēt pene: fugit ocyus euro:
Ergo dei ſortem potuiſti credere nato
Difficilem: teneris ne fui ſic doctus ab annis?
Nos puero mores pater hec p̄cepta dediſti?
Intrepidus fati genus hoc reuerēter honeſtū
Suſcipio: nec me flāme nec vulnera terrent.
Immo ego me fruſtra genitū: ⁊ vitalibꝰ auris
Contra iura frui credam: ſi iuſſa pigeret
Iſta pati: mea mēbra deus melioribꝰ auris
Imbuet: interea donec noua venerit etas
Pace fruar placida: patrū cū mitibꝰ vmbris
Te expectās: tua nāqꝫ iterꝫ pater ora videbo:
His pater in fletū dictis prorupit: ⁊ ibant
Ora pꝛ ⁊ barbā lachryme: cecidere tremēti
Arma manu: cū ſic iterꝫ puer ora reſoluit.
Quid patris ⁊ nati tantū te noīa terrent?
Quid te falſa ligat ſtulte pietatis imago?
Eſt pietas ſup̄ma deo parere: nec vllum
Gratius eſt ſacrū. nec victima ſanctior vlla.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

An ne doles tua quod ſuperis ſit ⁊ ęthere digna
Progenies? q̄d adhuc trepidas habrame q̄d heres?
Quid tam fęlici fraudas tua pignora ſorte?
Redde deo p̄cor hanc aiam terrena peroſam.
Eripe me tenebris. aditū qꝫ ad ſidera pande.
Proſpicit ex alto deus hęc ſpectacula cęlo
Haſqꝫ moras dudū ⁊ dextrā miratur inertem.
Sic ait. ⁊ molli denudās guttura veſte
Poſt patrē rutilos puer accedebat ad ignes.
Jam pater ardētes plorās aſcēderat aras
Nudatoqꝫ pium nati caput enſe petebat
Quom deus amboꝝ motus pietate. miniſtro
Jdixit celer. ⁊ veniēs clamabat ab auris
Pone pater cultros. mitē ne interfice natum
Sat tua nota fides. pietas tua cognita cęlo
Jam ſatis eſt. ceſſa. gratam nobiſqꝫ tibiqꝫ
Progeniem ſerua. ⁊ matri ſua pignora redde.
Obiecitqꝫ caprū gladio qui cornibus altis
Vepribꝫ herebat. tenuiqꝫ euanuit aura.

c Ernis vt indomitis hoīm ceruicibꝫ inſtet
Jra deū. duraſqꝫ terat quo turbine frontes.
Aſpicis vt ſubiecta fouēs ⁊ ſancta gubernās
Corda pius pater ęquali regat oīa lance:
Nos igitur quos tot ſurgūt immania cōtra
Signa. tot hoſtiles vultus. truculētaqꝫ toruis
Ora oculis. qui tot deuaſtatricia monſtra
Perqꝫ agros paſſimqꝫ ipſas errare ꝑ vrbes
Cernimus ⁊ noſtris inſtare pericula rebus
Si grauibꝫ moniti exemplis oracula diuū
Et reſponſa deū ſequimur. nec flumine ſacro
Penituit prima fuſos ab origine crines

Clara ſoporatas illuſtrẽt lumina mentes:
Luſtremuſqꝫ aĩas: humiles in ſancta feramus
Templa p̃ces: exẽpla patrũ meliora ſequuti:
Purior interea depulſis nubibus aer
Induet antiquos vultu ridẽte colores
Grana feret ſulci dulceſqꝫ racemifer vuas
Palmes: ⁊ alma Ceres mitiſqꝫ fauebit hiacchus
Atqꝫ ſalutiferis immiſſę flatibus aurę
Innocuos cęli tractus ſinceraqꝫ reddẽt
Atria fatifero paſſim moriente veneno
Bellaqꝫ compoſita ceſſabunt horrida pace.

¶ Franciſci Cereti Parmẽſis: iuris Põtifici Scholaris ad pręſtãtiſſimũ adoleſcentẽ Iacobum Mariã de lino Ciuẽ Bononienſem: ac Dominum Colendiſſimum Carmen.

Sine decus fidei dentes cui Terra beatos
 Alligat: ⁊ veteris pignus amoris habet:
Non ſecus acoo pręruptus in aere Magnes
 Attrahit in vires ferrea vincla ſuas
Ac tua ſancta fides nullo violabilis ęuo
 Attrahit incultus pectora noſtra ſuos:
Quã nec liuor edax: nec longi tẽpis ętas
 Abluet a noſtro pectore: crede mihi:
Propterea cũ ſis vita mihi charior omni
 Accipe diuini carmina vatis opus:
Quę tibi ꝓ meritis reſides impreſſimus: atqꝫ
 Diximus hęc dño ſint monumenta meo
Diſce legens noſtrę mala tempeſtatis: ⁊ orbi
 Immiſſas tetro de phlegetonte canes:
Letiferę monſtris ſeptem comitantibꝫ omni
 Quę mores abigũt prorſus ab orbe pios

Que pariũt luxum. faſtus iram atqȝ veternũ
Inuidiam curas crimen auaricie
Horrida que peſtes. ⁊ funera ſeua famemqȝ
In latias ducũt dira venena domos
Cũ nec ſanctus honor. pietas nec conſcia recti
Mens. ꝓbitas virtus nec ſit in orbe fides
Sed dolus ingrati generis diſcordia liuor
Crimen auaricie. luxurieqȝ ſcelus
Ergo pio vati meritos preſtabis honores
Cui latie debet fama ſecunda lyra
Interea noſtri longũ ſeruabis amorem
Diſſimulãs fidei pignora ſancta tue
Hec ⁊ plura tibi plectro meliore canemus
Cum dabitur: reſides cogimur eſſe; Uale.

¶ Calamitatũ noſtri temporis opus diuinũ Baptiſte Mantuani deſinit.

¶ Fratris Bãptiſte Mãtuani carmelite theologi cõtra poetas impudice loquẽtes Carmen;

Sunt quibꝫ eloquij. datur aurea vena poete:
Sed cadit in ſordes: inficiturqȝ luto.
Nam cyprie curas ⁊ olẽtia gaudia ponũt:
Claraqȝ iam fedo mergitur vnda lacu.
Hoc decus hoc animis carmen celeſtibꝫ apta
Rebus in immũdis degenerare nefas.
Dona dei carmen nitidũ facũdia preſtans
Mittitur ex aſtris a ſuperiſqȝ datur.
Eſt tuba romane fidei legũqȝ poeſis
Que canat heroo ſacra decemqȝ pede.
Carmina q̃ ſanctos deus ipſe parauit ad vſus

Impia mortiferi criminis arma facis?
Quid maculas turpi diuina libidine dona?
Quid teris immūdo munera tanta pede?
Nō ita hieremias docuit. nō thracius orpheus:
Non ita Jeſſei regia muſa ſenis.
Sancta ꝓphanari ſcelus eſt delebile multo
Verbere: ſupplicio culpa pianda graui:
Vita docet ſacros ⁊ pagina caſta poetas:
Caſtus eñ vatum ſpiritus atqꝫ ſacer.
Si proba vita tibi laſciuaqꝫ pagina: multos
Efficis inceſtos: in veneremqꝫ trahis
Verba mouēr animos oris laſciuaqꝫ pectus
Pulſat: ⁊ in venas ſemina mortis agit
Improbꝰ has ſordes in carmia ſeminat orchus
Cui ſtudiū mentes cō maculare pias
Nō ſecus ac vitreū ſi ꝗs vult lędere fontem
Proĳcit in dulces putre cadauer aquas
Hoc aīaduertas quicūqꝫ poemata condis
Eſt opus: a ſtygio fer procul amne pedem
Pelle pharetrati cū matre cupidinis arcum
Atqꝫ dioneo ſubtrahe colla iugo
Mater adulterĳ venus eſt ſtupriqꝫ repertrix
Atqꝫ lupanari fornicibuſqꝫ fauet
Caſta dei genitrix caſtus regnator olympi
Mens capit ambroſias nō niſi caſta dapes
Lex venerem feſtis vetat exercere diebus
Sacra miniſtroꝝ corpora caſta volūt
Pierides caſtę: caſtę libetrides vndę
Tota pudiciciam vera poeſis amat
Eſt helicon ꝟgo: virgo Peneia daphne
Caſtalides aiūt virgine matre ſatas

Ite procul veneris vates heliconis ab amne
Uirgineus veſtro leditur ore liquor
Nō hederę vobis phębi nō cōuenit arbor
Nō amat inceſtas caſta corona comas
Taxus olens. eruca ſalax. grauis herba cicutę
Sordidulos vates talia ſerta decent
Salmacis eſt vobis Helicon. date vota priapo
Helleſpontiacis ponite thura focis
Sit liquor Aſphalti vobis pro phocidis vnda
Stringit vbi infames ſulphuris ardor aquas
Deſine. pone lyram vates inſane. nec vltra
Cū ſtygijs dirces flumina iunge vadis
Proſtituis muſas meretricis imagine facta
Ante cauernoſi fornicis antra locas
Frangis honeſtatē frontis gremiūq; ſinūq;
Soluis ⁊ infames mittis in ora modos
Omnia das turpi muſis loca ſacra Dione
Atq; pudicicię non ſinis eſſe locum
Propterea merito ꝓ vate vocabere leno
Elogio ſceleri conueniente tuo
Si legeret caſu ſpurcū Lucretia carmen
Contereret preſſo carmina lecta pede
Quod ꝓhibet fieri qđ vult natura taceri
Pronus: ⁊ vrbanū melliflūq; putas
Falleris haud aliter q̄ qui ꝓ piſcibꝰ hydros
Pro violis tribulos aut aconita legit
Id canis a ſola quod ſit meretrice videndū
Quod niſi laſciuo nō queat ore legi
I procul a grauiū cętu ſcelerate virorū
Fer procul a ſacra relligione gradum
Hęc lenitas grauibꝰ fit pernicioſa poetis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Namq; leues ſtudio credimur eſſe pari
Nō bene de fidei reb9 ſentire putamur
Innocui culpę lędimur enſe tuę
Hi veriti nō ſunt ſanctas ꝑ ſcorta ſorores
Ducere: ⁊ ad tantū ſollicitare nefas
Vina Mimallonię vobis dant cretica bacchę
Et vetat infundi ſordida thyas aquam
Tale docet ſemeles puer ⁊ lemargia carmen
Bacchidas ⁊ veneres iſta poeſis olet
Caſtaliū veri potāt non vina poetę
Sobrietas fons eſt ebrietaſq; merum
Qui bibit aſſidue gelidis de fontib9 vndam
Et vitreo ſiccam diluit amne ſitim
Carmina caſta facit veneris cōmercia vitat
Nec mouet ad verſus ora pudica leues
Vina iocoſq; canū veneris Bacchiq; poetę
Nō latet in vapido pectore carmen olet
Hi ſunt quos ſtatuēs ſancti cōſortia cętus
Eſſe procul iuſta iuſſit ab vrbe plato
Fautores ſcelerꝝ corruptoreſq; iuuētę
In mala deceptū plurima vulgus agunt
Dumq; licere volūt ſuaſit quęcūq; voluptas
In mores acuūt ſpicula multa pios
Improba garrulitas ꝟbiſq; ꝑcacib9 ardens
Seminat in ſanctā noxia verba fidem
I miſer ⁊ veniam ſuperos ꝓ crimine poſce
Ante flagellati vulnera quinq; dei
Voce genu flexo lachrymis ⁊ pectore tunſo
Fletib9 erroris damna repende tui.
Carmine q̄ celebrat veſana cupidinis arma
Et veneri neruos ingeniumq; dicat

Hic facit inſaniẽ violas: in ſtercus amomũ
Atqꝫ ſub obſcęnos lilia verna ſues
Sulfuream lęthes haurit de fontibꝫ vndam
Et ſtygiam lato gutture potat aquam
Defacit indignũ ſuperos q̄ cernat ⁊ aſtra
Nam miſer in ſolã lumina vertit humũ
Tranſfugit a ſuperis ad limina ditis: ⁊ ardet
Gaudia cõtempto luxurioſa deo
Eſt opus ardentẽ frenis arcere iuuentam
Nec ſinere in mores luxuriare malos
Collige terrenis mixtũ de ſordibꝫ aurum
Gemmaqꝫ in illuſtri ſplendeat iſta loco
Eſt deus eſt trinũ ſemꝑ laudabile numen
Unde trahũt rerum ſemina ꝓma genus
Spirituũ ſoboles cęliqꝫ decẽplicis aſtra
Aſtrorũ qꝫ vices multipliceſqꝫ vię
Sunt aię diuũ nitido quis ęthere virtus
Donat: ⁊ hos ſanctos indigeteſqꝫ vocãt
Et quę materiam p̄bent elementa caducis
Rebus: ⁊ ęternę dant alimenta neci
Sunt erebi manes: ſunt tartara nigra: lacuſqꝫ
Sulfurei: ⁊ nigra regna ꝓfunda iouis
Sunt loca pęnarũ: ſunt altę ergaſtula mortis
Sub quibꝫ ęterno lucifer igne calet
Sunt ſcelerũ pęnę tormẽtaqꝫ debita noſtris
Sordibꝫ. ⁊ veneri carminibuſqꝫ tuis
Sunt ea quę ꝓfert aer: quę parturit ęquor
Quę generat pingui dędala terra ſinu
Multicolor facies agri ſyluęqꝫ comãtes
Muſtiſonę volucres. multiuagęqꝫ ferę
Sunt ſophię partes: eſt ingenioſa matheſis

Verbaqꝫ clamoſi litigioſa fori
Sunt hoim̄ vitę: ſunt digna negocia verſu
Plurima geſta foris: plurima geſta domi.
Collige diuorū mortes: ⁊ fortia facta:
Inclyta martyrij bella rubentis habes.
Jugera multiferę tibi ſunt telluris ⁊ horti:
Nauigiū merces veliuolūqꝫ mare
Sunt tibi pampineo veſtiti palmite colles
Sunt iuga: ſunt valles: multicomūqꝫ nemus
Arua lacus vrbes. caſtella. ſuburbia. villę
Sunt caua. ſunt tenui flumina preſſa vado
Elige de multis aliquid. tibi copia rerum
Maxima: materiam carminis iſta ferent
Nata freto venus eſt: venerēqꝫ ſub ęquora mitte
Infima qua nigris pallet abyſſus aquis
Id caue qđ tetrici poſſint audire Catones
Qđ probet hippolyti penelopeſqꝫ pudor.
Tūc ego te vatis dignū cognomine dicam
Tunc tua cantari digna poeſis erit
Tūc helicona bibes: caſtiſqꝫ rigabere lymphis
Si venus in verſu non erit vlla tuo;

¶ Fratris Baptiſtę Mātuani vatis optimi duo elegātiſſima opa. Vnū de calamitatib⁹ hoꝝ tpm. Alteꝝ de poetis impudicis Impreſſa Dauētrię opa ⁊ impēſis Jacobi de breda. Anno domini. M.ccccci. in ꝓfeſto Viti ⁊ modeſti martyꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 23